WILHELMI SCHICKHARDI,
Herrenbergâ-Wirtembergici,

HOROLOGIUM HEBRÆUM;

Sive

CONSILIUM,

Quomodo Sancta Lingua ſpacio XXIV. Horarum, ab aliquot Collegis ſufficienter apprehendi queat;

EDITIO XV.

Prioribus omnibus accuratior, APPENDICULIS aliquot auctior, uſibusque Tyronum accommodatior;

Curâ nuper

BALTHASARIS RAITHII,
Theol. Doct. Ejusd. & Lingg. Orient. Profeſſ. Ordin. nunc Emeriti.

tenui jam opellâ

diſcipuli cujusdam Raithiani,
prodit

TUBINGÆ,

Impenſis JOH. GEORGI COTTÆ, Bibliop.
Typis JOH. HENRICI REISl.

Anno MDC LXXXII.

זכרונא על שלשה חכמים בחכמת הדקדוק:
ועליהם א׳ שלמ׳ והחוט המשלש לא במהרה ינתק:

I. ווילהעלם שיקרדוס ראש בתח לה:
והדין לתת לו יקר וגדו לה:
חלקו בגן עדן למעלה למע לה:
הוציא דבריו לאור תעלו מה:
ובו נדרשת חוקי התו רה:
והספר על שם שיקרדוס נק רא:

II. והשני הוא דמיון לראשו נה:
הוסיף מוסיף על הראשו נה:
עבודתו עבודת יראה ואמו נה:
והצדיק יחיה וילך באמו נה:
בלשאצר רא״ת ראש הישי בה:
ועל הספר שמו זכר לטוב יק רא:

III. והשלישי בחכמתו פניו מתכס סה:
והוסיף על שניהם הוס פה:
מתתיהו עד״ן ווי״ן בדיוק נה:
להיות דבריהם דברים נכו נה:
כבודם בבניהם כבנין הח מה
ויהוה אלהים הוא להם לצל אמת יק רא:

Triumviris Excellentissimis,

Orientalis Literaturæ Columini atque Luminibus

tantillum post beata fata ponit
ex asse discipulus,

M. F. W. H. T.

PRÆFATIO
AD
Sex STUDIOSOS,
Qui
PRIMUM SPECIMEN
ediderunt,

VENERABILIBUS ET DOCTISSIMIS VIRIS-JUVENIBUS,

DOMINIS
CASPARI LAUTENSCHLEGERO, Bittenbrunna-Palatino.
JOACHIMO HEINATIO, Kutizensi Marchico.
M. MATTHÆO RAISERO, Lindaviensi.
GEORGIO ENGEL, Wickersheimensi.
M. GEORGIO ALBERTO, Augustano.
M. DAVIDI SCHÖNIO, Augustano,
Sacro-Sanctæ Theologiæ Studiosis,
Contubernalibus & Amicis colendis, &c.

PRÆFATIO.

Quod hisce diebus inter prandendum me rogastis, ut ad Hebræam vos Arcem, quàm possem, compendiosissimè deducerem; id juvante DEO nunc effectum dabo: gavisus quod tàm alacres mihi contigistis Discipuli, queis nec Ingenium deest ad apprehendendum, nec ad perseverandum constantia. Sapuistis sanè præmultis, quòd hoc Studium Theologiæ vestræ profuturum esse censuistis, & ampliorem fructum sentietis olim, quando Mosen & Prophetas sine Interprete vobis loquentes audietis, non indigi Glossarum & Commentariorum, quibus longè superiores eritis. Beneficium est, fateor, per Conspicilla posse remota cernere; at nonnè multò præclariùs, si quis rem absq;

absq; illis eminùs, ut cominùs, intuetur? Id nunc ante omnia certò persuasum habete, rem esse non modò possibilem, sed facillimam quoque, si ritè tractetur. Nec terreant Exempla eorum, qui totos annos fatigati, & tamen Herculeo molimine vix ultra Alphabetum progreßi, tandem præ successus desperatione irrita cœpta prorsus deseruere. Aberrarunt illi à legitima methodo, destituti nempe fideli manuductore. Ego autem viam vobis præmonstrabo, non anfractuosam illam, mihimet olim navigatam, sed quam nunc è portu cerno breviorem. Neque enim diffido, quò cochlea quæpiam vix integro Mense reptavit, & ipse difficili triduo pedes perveni, illuc equo pauculis horis, & citra laßitudinem devehere quemvis ido-

idoneum sessorem. Non onerabo vos regulis: sed utar peculiari stratagemate, quod hactenus clam habui. Vobis verò, quibus multum, ut Theologiæ Studiosis, plus ut Contubernalibus, plurimum ut Commensalibus debeo, liberaliter impertiar. Expectatis fortè, ut Ratichiano more, Præcepta prorsus eliminem? frustramini. Utcunque conatus Viri laudem, improbo tamen processum, aut nominent mihi eos, qui ex hac Didactica solidè profecerunt. Solent & Judæi nostrates, (quos fortaßis æmulatus est,) absque Grammatica, mero usu, hanc Linguam aggredi. Vidi puerulos ipsorum septennes Mosen solâ exercitatione interpretantes: at non ignoro, adultiores demùm, & cùm jam ad Rabbinatum aspirant, artis Rudimenta

menta necessariò ex Elia vel Kimchi addiscere. Facessant igitur hi magnô hiatu promissores, quos pollicitis tantùm divites fuisse, possessione verò pauperrimos, ex eventu constitit. Vos verò sic statuite, neutrum absque altero seorsim sufficere; Judæorum usum sine Arte incertum esse, vagum, perpetuoque fluctuantem: vicissim Christianorum Artem sine usu sterilem, nunquam frugi: adeoq; nisi inter Usus dirigatur compasso Artis, semper oberrari periculosè. Eapropter utrumq; stabili connubio jungendum esse semper suadeo. Hoc tamen discrimine, ut Artis Præcepta sint pauca, perspicua, vera, catholica, quibus tutò fidatur: Usus autem multus; qui Regulas applicatione illustret, experientiâ roboret, tandem continuitate suâ exer-

exerceat, habitumq́; inducat. Hunc in finem exhibeo Vobis hîc selectißima Præcepta ab omni superfluitate, quoad ejus fieri potuit, perpurgata: angusta verbis, Usu augusta. Præterea Conjugationum nova compendia: Vocalium vulgò neglectarum accuratam mutandi rationem. Paucas hîc Exceptiones, nullas singulares Anomalias metuite. Sejunxi omnes, & in complementum Artis reservavi. Quorsum enim adhuc tenellos offenderem iis, quæ tutò nescire potestis tam diu, donec ipso se Usu offerant, quo rectiùs omninò discuntur: Ars generalium est, non particularium: & maximum proficiendi compendium à minus usitatis secernere frequentiora, magisq́; necessaria; quæ Tyro primùm dignoscere nequit, fidelis autem In-

Inſtitutor indicare debet. Cæterum, ut procedendi modum nonnihil prænoſcatis, viginti quatuor Horas ita bipertiar, ut Duodecim prioribus Artis Præcepta; poſterioribus Uſum addiſcatis. Quod priores attinet, ne multitudine obruamini, diſtribuam labores inter vos, ut quod per ſe exiguum eſt, multò minus fiat dividundo: Veſtrum ſex ſunt, ſingulis binæ cedunt horulæ, quibus ſingulas aſsignabo materias. Primus mihi Nomen *erit, Alter* Verbum: *Tertio* Anomala *tribuam: Quarto* Affixa: *Quintum* Vocales *manent; Sextum* Accentus. *Cum quolibet ſeorſim tractabo, quod ſuum eſt, quaſi is mihi unus adeſſet, cæteris interim mutis aſsidentibus, & Pythagoreo more tantùm auſcultantibus. Sic onus in tot humeros*

ros multiplicatum levius geſtabitur, cùm quilibet ſextam tantùm partem ferat: perinde ut olim ponderoſiſſimum Arietem bellicum bajulabant multi, ad laterales uncos alligati, ut, quam ſinguli nequirent, portam effringerent univerſi. Poſterioribus Duodecim totidem ſelectos Textus Biblicos reſolvemus; EGO prælegam, Vos reſpondebitis. Si quis dualis vel pluralis occurret, T*e* Nomen *appellabo! Si quod præteritum, futurumvé,* T*e* Verbum! *Si qua Punctorum mutatio,* T*u* Vocalis *rationem reddes! &c. Nec quicquam offendemus, cujus explicationem non aliquis veſtrûm jam teneat. Sic in memoria veſtra vivã habebo Grammaticam: & ut Ethici ſuam felicitatem, bonumve virum non in uno quærunt*

runt Individuo, sed in multis: Ita ego Hebræi hominis Ideam contemplabor in vobis universis. Dum autem singuli suum depositũ reddunt, eandemque rem toties in medium conferunt, assuescent & cæteri, ac vel nescientes, perq; lusum quasi, memoriæ mandabunt, ut propemodum è vultu Collegæ, & antequam os aperiat, quid prolaturus sit, agnoscant, adeoq; prius se didicisse quàm discere sentiant, & quantum profecerint, ipsi mirentur. Proderit etiam posterioribus Horis vices permutare, ut, qui hodiè Nominis partes sustinuerit, cras Verbi personam induat, & sic omnes successivè in omnibus exerceantur. Haud dissimili ratione Lexicon quoq; inter vos distribuam, uni Radices, ab Aleph, Beth, Gimel: *alteri à* Daleth, He, Vav,

Vav, &c. *inchoatas, aßignabo, ut significata vocum, non è ſcripto Dictionario, cum aliqua temporis jactura, inquirere opus ſit, ſed è vivo penu veſtro confeſtim citraq; moleſtiã depromere ſciatis. Si quam tamen rariorem Voculam Ego ſupplevero, harebit ea propter hoc ipſum firmiùs, quòd extra ordinem inſerta fuerit. Et in hoc omne Viginti quatuor Horas inſumetis, quas (ne quis inſolenter dictũ exiſtimet) non continuas intelligo, ſed interruptas; neq; enim durabile eſſet quod alternâ requie privaretur. Ingenioſus aliquis quotidie binas impendere poſſet, ſic Curſum Duodecim diebus abſolveret; vel ternas, ut octiduo finiret. Ac licet quiſpiam ſingulas tantùm inſumat, intermedio tempore toto vacet, num propterea periiſſe putabitis*

bitis hunc Mensem, quo tam præclaram sibi scientiam acquisivit in omni vita profuturam? Quod si post primam Periodum diutiùs continuare invicem volueritis, liberum esto. Meâ verò deinceps non amplius indigebitis opellâ, sed ipsimet vobis Doctores eritis, quilibet cæteris in eo, quod ipse principaliter didicit, sufficiens. Sed plura non addo, ne omne Mysterium simul & præmaturè prodam; quæ nunc reticui, oretenus tunc ordinabo. Id extremum vos precatus, velitis interim ab ardore vestro necquicquam remittere, sed certò statuere, quòd alacribus cuncta sint pervia. Valete, & Salvete

à Vestro

Contubernij RECTORE

WILHELMO SCHICKHARDO.

Nono Kl. Mart.

cIↄ Iↄc XXIII.

M. MATTHÆUS ESENWEIN,
t. t. Ecclesiæ Tubing. Diaconus.

L. S.

HOROLOGIUM *Schickhardianum*, sive Institutiones Linguæ Sanctæ, Excellentissimi quondam WILHELMI SCHICKHARDI, Professoris Philologiæ in hâc nostrâ Universitate Celebratissimi, tot Scholis receptas, & toties passim jam recusas, denuò exhibemus. Non equidem *vocale* illud est, sed *doctrinale* potius & *ostensivum*, paucas industriæ Tuæ horas exposcens, vix totidem, quod unius dieculæ spacio ex campana sonare audimus; sufficientissimum tamen & accuratissimum, omnia tyroni hujus Linguæ necessaria exerto quasi digito methodicè & facilimè commonstrans. Quod uti rotundis ingeniis, pulcherrimæque pariter ac sanctissimæ Linguæ amantibus ipsa sua accurata brevitate & rotunditate perplacuit semper: ita tardioribus quibusdam & nauseabundis, statutorum tamen lege ad hanc Linguam addiscendam obstrictis, eadem brevitas pluriumque & pulcherrimarum observationum in una Regula vel tabella

bella exhibitio, obſcuritatis Mater viſa, tædium iisdem ac inſuperabilis penè difficultatis metum, ex ſocordiæ patrocinio ingeneravit. Quod ipſum, ex quo tenuitati meæ ſuperioribus annis, eadem Linguæ rudimenta, ex eodem Horologio, in *Illuſtri*, quod apud nos eſt, *Stipendio Theologico* prælegendi provincia demandata fuit, experientia plus ſatis edocuit. Diſtractis itaque priorum editionum exemplaribus, cum nova editio adornanda, eademque cura, Superiorum authoritate, mihi impoſita eſſet, etiam tardioribus conquerendi anſam præripere, omnia ad vivum reſecare, oculis totidem numeris ſignata ingerere, induſtriæ tyronum relicta redintegrare, manibusque quaſi palpanda, obtrudere conſtitui, quod in ſequentibus potiſſimum commatis à me hîc factum.

1. Beati Authoris SCHICKHARDI, Viri dum viveret, ad Orientales Linguas promovendas divinitus excitati & dotati, *Methodum*, *Regulas*, *Capita*, *Verba*, ubique retinui integra & illibata, nativa ſua & primigenia venuſtate Authoris genium ſpirantia, nec additione, nec diminutione deflorata; niſi ubi pagellæ alicujus pars aliqua nuda relicta, ad evitandum ſequentis inconcinnam dismem-

membrationem, notulis nonnullis aliunde advectis, vestienda fuit, quod in verbis semel atque iterum à nobis factum. Non nos latet, Philologum Clarissimum, *M. Johann Ernestum Gerhardum*, magno Theologo dignissimum filium, idem Horologium nostrum, Anno 1647. harmonia perpetua aliarum Orientalium Linguarum, novaque insuper accessione nobilissimarum observationum, sub quibusvis ferè Regulis auctum *Jenæ* edidisse & locupletasse, ejusdemque laborem, quoad Linguam Hebræam seorsim *Arnstadij*, Anno 1650. studio & curâ *Christiani Neubaur*, Linguarum Orientalium peritissimi, novo itidem auctario dotatum prodiisse: Verùm cum fusior ista tractatio & scopo Beati Authoris, quem in Præfatione ad *Sex Studiosos*, qui Primum Specimen juxta hanc methodum ediderunt, nec non Epilogo hujus libelli nobis pag. 118. satis expressit, & Horologii insuper natura, quod anomalias & specialiores observationes susque deque habet, ordinario quippe & regulari motu (quem tyrones scire ardent) contentum non ferat, tardiorum denique tyronum larvatus magnæ difficultatis in hâc Linguà metus, conspectu tot anomaliarum à Regulis abludentium, hoc

hoc modo augeatur: Ideò, Superiorum jussu, ista omisimus, non repudiantes pleniores notas, sed suo quæq; loco reservantes, Authorisque incomparabilis institutum venerantes.

2. Quæ Regulis, subnexâ declaratione, sive *exceptionis* seu *exemplorum* nomine succinctè erant consibulata, appositis in margine numeris membratim signavimus, ut in oculos facilius incurrerent, & resolutionem vocum per hosce numeros facilitarent.

3. *Verba* tùm *perfecta* tùm *imperfecta*, si ita loqui fas est, totidem columnis integrè descripta, justo inflectendi ordine exhibemus, ne tabellæ contractioris tædium nonnullos deterreret. Idem in *Verbis* & *Nominibus* cum suffixis *conjunctis* observavimus, ut & hic integris paradigmatis facilitas hujus Linguæ tyroni insinuaretur.

4 *Particulas* Hebræorum parvulas, queis circumstantias rerum per easdem sæpè vocculas variè repræsentant, pleniori subjuncto *Lexico* studiosè subductas, sub distinctis *Pronominum*, *Præpositionum*, *Adverbiorum*, *Interjectionum* classibus, ad calcem libri sigillatim apposui, ne & hic vilioris sortis vo-

voculæ, quæ magnis tamen Viris crucem ſæpè figunt, ſcrupulum, ut contemptionem ita infeſtiorem, tyronibus injicerent.

5. *Analyſin practicam* Pſalmi XXXIV. Horologio Authoris jam olim ſubnexam, non Regularum tantùm notatione, ſed integra & exerta verborum præitione, tyronibus inculcavi ad priores verſus, tyronibusque methodum in hac Analyſi prælibare ſaltem animum induxi.

7. *Indicem* denique huic Horologio addidi planè certum, accuratum & perfectum, quo non tam methodum, Realia, Capita & Regulas, quàm uſum præcipuè harum inſtitutionum, per *omnes partes Orationu*, omniaque *plenæ* alicujus *Grammaticæ* membra integrantia monſtro, & ad oculos propono, tyronique ignaro, in quanam Regula hoc vel illud ſit inventurus, præſertim in *mutatione* quoque *vocalium*, ſtatuam quaſi Mercurialem erigo, ut ita nihil amplius deſiderare, nullumque ſocordiæ patrocinium habere poſſit.

Eſt & in manibus meis pleraque pars reliquorum Excellentiſſimi quondam SCHICKARDI *Opuſculorum Philologicorum*, quæ in quatuor tomos à me digeſta, ubi DEUS vitam

vitam viresque, nec non Promotorem Patronumque nobilissimorum Tractatuum, quoad sumptus faciendos, largiturus est, justo volumine integra edentur, quorum seriem hic exhibeo:

I. Tomus continet *PÆDEVTICA*: scil.
1. *Tabulas Institutionum Hebraicarum.*
2. *Horologium Hebræum.*
3. *Infundibulum Hebræum*, Hebräischer Trächter die Sprach leicht einzugiessen.
4. *Lectiones Hebræas Academicas miscellaneas.*
5. *1. Rotam Conjugationum Hebraicarum. cum instructione.*
6. *2. Umbraculum Radicum Hebraicarum, & Formarum Nominum quorumvis, quæ ambo huic Editione inserta sunt.*
7. Hebräisches Kartenspiel/die Sprach zulernen; cujus equidem fragmenta saltem supersunt.

II. Tomus exhibet *EXEGETICA*.
1. *Jus Regium Hebræorum.*
2. *Spicilegium Hebræum* ex nonnullis Exodi capitibus.
3. *De nummis Hebræorum.*
4. *Al-*

4. *Alphabetum Davidicum*, ſeu Commentationem in Pſalmum XXV. complectam.
5. *Eclogas Sacras.*
6. *Capitula Patrum.*

III. Tomus complectitur *HISTORICA*, *ubi ſe ſiſtit:*

1. *Tarich*, ſeu ſeries Regum Perſiæ.
2. *Abulfeda*, cum verſione latina.
3. *Hiſtoria Purim.*
4. *Rabbinorum Nomenclator hiſtoricus, miſcell.*
5. *Index 54. Parſarum Judaicarum.*

IV. Denique ultimus Tomus habet *POLEMICA*, ex quo prodibit:

1. *Bechinat Happeruſchim.*
2. *Triumphator Vapulans.*
3. *Paradiſus Saraceno-Judaica, &c.*
4. *DEUS Orbis Saracenorum.*

Interim vale *benevole LECTOR*, & ſi opus habes, fruere hiſce tyrociniis, ad laudem DEI, Verbique Divini amplificationem!

עמ״י

עמ״י בס״ד עש״ו

INSTITUTIONUM

LINGUÆ SANCTÆ

CAPUT I.

DE LECTIONE.

Docet legere:

1. CONSONANTES.
2. VOCALES.
3. TONUM rectè locare.

I. CONSONANTES.

I. HEBRÆI legunt retrorsum.

Habent id commune cum cæteris Orientalibus; à quibus tamen in eo differunt, quòd 1. singulas sigillatim ponunt: *cum Syri & Arabes cum Persis connectant. Et ut Consonas* 2. *ab invicem; Ita quoque* Vocales à Consonis separant, *ut interdum prorsus abesse possint.*

II. Consonantes numerant Viginti duas.

Quarum Nomina, Figuras, & Potestates *sequens exhibet Tabella.*

Nomina.	Figuræ. 1. Init. & Med.	2. Fin.	Poteſtates. 1. Literal.	2. Numer.
ALEPH	א		Aſpiratio lenis	1.
BETH	ב		B. β.	2.
GIMEL	ג		G. γ.	3.
DALETH	ד		D. δ.	4.
HE	ה		H. Spir. Aſper.	5.
VAV	ו		U. Conſonans.	6.
ZAIN	ז		Dſ.	7.
CHETH	ח		χ.	8.
TET	ט		T.	9.
JOD	י		J. Conſonans.	10.
CAPH	כ	ך 500	C. k. ch.	20.
LAMED	ל		L. λ.	30.
MEM	מ	ם 600	M. μ.	40.
NUN	נ	ן 700	N. ν.	50.
SAMECH	ס		S. σ.	60.
AYN	ע		Aſpiratio fortis.	70.
PE	פ	ף 800	P. Φ. Ph.	80.
ZADI	צ	ץ 900	Z. Tz.	90.
KUPH	ק		Q. K.	100.
RESCH	ר		R. ρ.	200.
SCHIN	שׁ/שׂ		Sh. Sch.	300
THAV	ת		Th. θ.	400

Opor-

Oportet autem cautè inter similes distinguere; *quod discrimen omne in apicibus & angulis consistit: ut ex horum accurata collatione patet*; אצג בכנ דר החת וז טמסם ;דן פףץ *Quæ* duplicem figuram *habent, usurpant posteriorem in* fine *tantùm, alteram aliàs ubique*.

III. Ratione pronunciationis distribuunt in Gutturales, Labiales, Palatinas, Linguales & Dentales.

1. *E'* Gutture *procedunt hæ quatuor*: אַהֲחַע
2. *Fe'* Labia *compressa prorumpunt*: בּוּמַף
3. *In* Palato *formantur totidem*: גִּיכַק
4. Linguales *sunt quinque*: דַּטְלְנַת
5. *Per* Dentes *sibilant totidem* זַסְצְרַשׁ

(*vel per gingivas edentulorum.*)

6. *Præcipua pronunciandi difficultas est in* Gutturalibus, *præsertim in* ע, *cujus sonum hodie ignoramus, & cum* א *confundimus*; (quidam hodiè per *gn* legunt.)

7. Reliquarum *potestates variantur per Puncta; uti jam sequitur.*

Ratione Officÿ Literas bipertiuntur in *RADICALES*, טֵת סֵפֶר גֵּזַע צֶדֶק Scribens Librum Surculum Juſtitiæ: *& SERVILES*, מֹשֶׁה כָּתַב אֵלֵינוּ Moſes ſcripſit ad nos. *ISTÆ perpetuò ſunt Radicales: HÆ non ſemper Serviles.*

IV. Schin cum dextro puncto ſibilat craſſiùs; exiliùs cum ſiniſtro, *ut:*

שֵׁשׁ Scheſch, *ſex,*
שֶׂה ſæh, *pecus;*

Quæ Puncta ſæpè cum Holem coincidunt, ut:

מֹשֶׁה Moſchæh, *Moſes,*
שֹׂנֵא ſoneh, *hoſtis.*

V. Dageſch LENE literas Begadkephat indurat.

Punctum INTRA *literam dicitur* Dageſch. *Eſtque* duplex: *Lene & Forte.* 1.

Lene *eſt, quod ab initio, vel poſt Scheva ſcrbitur: Cætera ſunt* Fortia. 2.

Cum Leni literæ בּ גּ דּ כּ פּ תּ *ſonant* duriuſculè, B. G. D. C. P. T. *absque illo* ב ג ד כ פ ת aſpiratè $\beta.\ \gamma.\ \delta.\ \chi.\ \phi.\ \theta.$ 3.

Exempli Gratia:

Du-

Aſpiratè.			Duriuſcule.		
Pater,	aβ,	אָב	*Filius*,	ben,	בֵּן
Feſtum,	chaγ,	חַג	*Hortus*,	gan,	גַּן
Manus,	jaδ,	יַד	*Sanguis*,	dam,	דָּם
mollis,	raχ,	רַךְ	*quoniam*,	ki,	כִּי
Finis,	ſoφ,	סוּף	*Os, oris*,	pæ,	פֶּה
Tempus,	eθ,	עֵת	*Integritas*,	tom,	תֹּם

VI. Dageſch FORTE literas geminat, *ut:*

שִׁבֵּר ſchibber, *non* ſchiber, *fregit, &c.*
Accidit omnibus Literis, præterquam his Quinque: א ה ח ע ר. (niſi irregulariter.)

VII. Aleph quieſcit, cum vocali caret.

1. *Litera* quieſcere *dicitur cùm non legitur; Moveri* verò *cùm pronuntiatur.*
2. *Quies* accidit quatuor Conſonis, א ה ו י (*quæ memoriæ causâ in Nomine Proprio* יְהוּא *comprehenduntur.*) *Exemplum* א *eſto vox* רֵאשִׁית *principium; quam leges* Reſchit, *non* Rehſchit.

VIII. He finale nunquam legitur.

Ut חָכְמָה Chochma *non* Chochmah. *Sapientia. Nisi Puncto* Mappik *notetur, ut* גָּבְהָהּ gofah, *altitudo.*

IX. Vav cum Holem & Schurek obmutescit, *ut:*

תֹּהוּ *Inanitas, lege* tohu, *non* tovhuv. *Excipe,* quando duas habet contiguas Vocales, *tunc enim est* Dagesch, *non Schurek, ut:*

קֹוִים *Expectantes, lego* kovim *non* koim.

צַוָּאר *Collum, lego* zaffar, *non* zavar.

X. Jod *medianum*, vocali cassum, silet: at *finale*, tantùm post Hirek & Zeri, *ut:*

רַגְלָיו raglaf, *non* raglaif, *pedes ejus.*

כֵּלֶיךָ kelæcha, *non* kelæicha, *vasa tua.*

פְּרִי peri, *non* perii, *Fructus*.

דִּבְרֵי difre, *non* difrei, *verba,*

Finale JOD, *cum cæteris vocalibus movetur, & coalescit in Quasi Diphthongum, ut:*

יָדַי Jadai, *manus meæ.*

אֲדֹנָי Adonai, *DOMINUS.*

גּוֹי Goi, *Gens.*

תָּלוּי talui, *suspensus.*

II. VO-

II. VOCALES.

XI. Vocales sunt quindecim.

1. LONGÆ.

Kamez	ָ	A *obscurum.*
Zeri	..	E
Hirek magnum	ִי	I
Holem	וֹ	O, ω.
Schurek	וּ	U, ȣ.

2. BREVES.

Pathach	_	a *clarum.*
Sagol	∴	æ
Hirek parvum	.	i
Kamez hatuph	ָ :	o *obscurum.*
Kybbutz	⋱	ü *Gallicum.*

3. BREVISSIMÆ.

Scheva	:	ε
Patha genusa	_	α
Hateph-patha	-:	α
Hateph-sægol	∴:	αι
Hateph kametz	ָ:	o *obscurum.*

4. Differentiam inter similes, *Patha scil. simplex, & Patha Genusa; item, inter Kametz hatuph, & Hateph-Kamez, reperies. mox infrà, Regulis 12. & 24.*

XII. Patha Genufa legitur ante Confonas ע ח ה·

Habet communem figuram cum vulgari Patha, sed in eo differt, quòd rariufculè, nec nisi ferè fub ultimis ע ח ה *reperitur, ac ante ipfas enunciatur, ut:*

אֱלוֹהַּ Æloah, *non* Æloha, *DEUS.*
מָשִׁיחַ Mafchiach, *non* Mafchicha, *Meßias five CHRISTUS.*
יֵשׁוּעַ Jefchua, *Salvator, JESUS.*

XIII. Scheva legitur ab Initio; fub Dagefch; poft longam; (*Accentu Tonico carentem,*) & poft focium.

Ab Initio, כְּלִי keli, *vas.* 1.
Sub Dagefch, שַׁבְּחוּ Schabbechu, *laudate.* 2.
Poft longam, נָתְנוּ nathenu, *dederunt.* 3.
Poft Socium, יִלְמְדוּ jilmedu, *difcent.* 4.

Sic etiam, fecundum nonnullos, fub Dagefch intellecto, ut: 5.

וַיְהִי vajehi, *& fuit, pro* וַיְּהִי

Exci-

6. *Excipitur à quibusdam initiale Scheva in voce* שְׁתַּיִם ſchtajim *duæ & derivatis.*

XIV. Quieſcit ante ſocium Scheva; poſt brevem; atque in fine.

1. *Ante Socium,* יִשְׁמְעוּ jiſchmeu, *audient.*
2. *Poſt brevem,* מִשְׁפָּט miſchpat, *Judicium.*
בַּרְזֶל bardsel, *ferrum.*
3. *In Fine,* קֹשְׁטְ koſcht, *Veritas.*

XV. Voces circello notatæ, aliter leguntur ac ſcriptæ ſunt.

1. *Sic verbi gratiâ illud* 2. Regum XIIX. 27. שֵׁינֵיהֶם *legitur, non ſecundùm Conſonas, ſed Vocales* מֵימֵי רַגְלֵיהֶם meme Raglehæm, *aquas pedum ſuorum, (urinam) ex antiquiſſima conſuetudine.*
2. *Hujusmodi diverſæ Lectiones, juxta* Eliam Levitam, *Germanum in Bibliis ſunt 848. comprehenſæ ſigno:* קְרִי וּכְתִיב, *inter quas ſemper illa verior, quæ in margine ponitur, non quæ in Textu.*

Ad eas refertur Nomen Tetragrammaton, יְהוָה, *quòd si punctatur* יְהֹוִה *legendum est* אֱלֹהִים, *si verò punctatur*, יְהוָה *efferendum est* אֲדֹנָי. *Nam Vocales ejus sunt mutuatitiæ tantùm, atque iu per se caret, nec ante avorum nostrorum memoriam quisquam aliter pronunciavit.*

III. TONUS.

XVI. Tonus plerunque est in Ultima.

Vox tunc dicitur Milrà, *ut* יִשְׂרָאֵל Jisrael, *Israël.*

XVII. Sed penacuta sunt, quæ in ֶ- vel ֶ: desinuunt.

Dicuntur Milhel, *accentu in penult. posito, ut:*

אֲבִיגַיִל *perperam Abígail.*
אֲבִימֶלֶךְ *prolatæ Abimelech.*
בֵּית־לֶחֶם *per Béthlechem.*

Huc refer, quæ Patha vicarium pro Sægol habent, *(quod tantùm propè* חטף *accidit, vide Regulam 137.) ut:* 2.

בַּת־שֶׁבַע Bath-schæba, *Bathsabea:*

Exci-

5. *Excipitur autem Sægol ante* הָמָן Haman, *hoc est, ante He Radicale, Mem, & Nun servilia, (stat enim tum Sægol pro Kamez, differentiæ gratiâ,) ut:*

מֹשֶׁה Moschæ'h, *Moses,*
פְּנֵיכֶם penechæ'm, *facies vestræ.*
שְׁמַרְתֶּן schemartæ'n, *custodiistis fæm.*

XVIII. Item, quæ in servilia הָ נָה דְ תָ תִי נִי מוֹ נוּ הוּ terminantur.

1. Illud *fiebat ratione* Vocalium: Hoc *verò respectu* Consonarum, *ut:*

אֲחוֹתֶיהָ achotæ'ha, *sorores ejus.*
תִּשְׁכֹּנָּה tischcónna, *habitabunt, fæm.*
דְּבָרֶיךָ defaræ'cha, *verba tua.*
חָפַצְתָּ chapházta, *voluisti.*
יָכֹלְתִּי jachólti, *potui.*
עֲזַבְתָּנִי azaftáni, *deseruisti me.*
לָמוֹ lámo, *eis.*
יִשְׂמָחוּ jismáchu, *lætabuntur.*
אֲחַזְנוּ achádsnu, *apprehendimus.*
יַצִּילֵהוּ jazziléhu, *eripiet eum.*

2. *Huc refer* ה - *Paragogicum & Locale; (de quo agitur Regula 101.) ut:*

לַיְלָה láilah, *Nox.*

Sed

Sed excipe; *si Scheva mobile (simplex, aut compositum) præcedat, ut:* 3.

אֲסַפְּרָה asapperáh, *annunciabo.*
לְשֹׁנְךָ leschonecha, *lingua tua.*
גַּדְּלוּ gaddelú, *magnificate.*
צָעֲקוּ zaakú, *clamarunt.*

EXEMPLUM

Lectionis esto versus 8. Cap. III.

phoniæ, qui singulas Alphabeti Literas, etiam Finales continet.

לָכֵן חַכּוּ־לִי נְאֻם־יְהוָה לְיוֹם
lejóm Adonái neúm li chakku Lachen
קוּמִי לְעַד כִּי מִשְׁפָּטִי לֶאֱסֹף גּוֹיִם
gojím lææsóph mischpatí ki leád kumi
לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת לִשְׁפֹּךְ עֲלֵיהֶם
alehæ'm lischpóch mamlachót lekófzí
זַעְמִי כֹּל חֲרוֹן אַפִּי כִּי בְּאֵשׁ קִנְאָתִי
kinathi beésch kí appí charón kól dsamí
תֵּאָכֵל כָּל־הָאָרֶץ׃
haárez kól teachél

Ideò expectate me, inquit Dominus, ad diem, quo surgam tandem, quia decretum meum est colligere Gentes, ut congregem Regna, ad effundendum super eos indignationem meam, omnem furorem iræ meæ. Quoniam in igne zeli mei devorabitur universa terra.

CA-

CAPUT II.
DE SCRIPTIONE.

Docet exarare

1. CONSONAS.
2. VOCALES.
3. NUMEROS.
4. CURRENTES LITERAS.

ORTHOGRAPHIA utriusq;

Dagejch differtur in proprium Caput.

I. CONSONÆ.

XIX. Literæ ſunto æquialtæ, transverſim craſſiuſculæ, deorſum tenuiores.

1. *Ad hoc præſtandum, oportet Calamum ſiniſtrâ Parte breviùs abſcindere, & inter ſcribendum obliquè tenere.*

2. *Pertinet etiam ad decus Literarum, ut* in modum flammæ *acuminentur; Hanc Calligraphiam feliciùs αὐτοψία, quàm Regulæ docent. Vide ergò, ut Literas invicem ſitu, & cognatas angulis apicibusque probè diſcrimines.*

Porrò

Porrò Majuſculas *non habent Hebræi, ne Initio quidem. Nam quæ grandiores alicubi, vel etiam minutiores occurrunt, (cum ſuſpenſis) ſunt Myſtica,* de quo alibi Philologi Sacri. 3.

XX. Sex Dilatabiles, א·ה·ל·ת·ם complementi vel ornatus gratiâ diducuntur.

Nam voces ſub lineæ finem dividere non ſolent, ſed aut hiatum hiſce longioribus explere, aut ſequentium aliquas ſuperfluè ſine Punctis apponere. 1.

Accidit hæc Dilatatio in Manuſcriptis, etiam Literis Beth, Gimel, Daleth, Reſch, *atque* Schin; *Ubi inſuper* He, Cheth, *&* Tav, *cum Gibbis antiquius picta viſuntur; Pe verò etiam in ſe reflexum; & reduplicatum, ac quaſi prægnans.* 2.

XXI. Quinque Finales מְנַצְפַךְ in dictionum clauſulis extenduntur, *ut:*

מוּם *macula*, בֵּן *filius*, צִיץ *flos*,
חָפַף *texit*. זָכַךְ *purus fuit.*

Sed

1. *Sed crescente voce, vulgarem formam reassumere memento, ut* צִצִּים *flores.*

2. *Quod verò* Mem *Esaiæ IX. 7. in media voce* לְםַרְבֵּה ad multiplicandum, *clauditur, id totum, (& plura ejusmodi) Mysticum est*: de quo v. nostr. Infund. & Buxtorff. Tiberias.

II. VOCALES.

XXII. Holem mutabile, vel constructionis, vel prope indageschabiles, scribitur absque Vav; Cætera, præsertim Characteristica, cum illo.

Non perinde est, an cum, vel sine Vav *scribatur*; Sed scribitur defectivè:

1. *Quando est mutabile, (ut in penultimis Nominum Milhel, & ultimis Syllabis Verborum.)*
2. *Vel in Regimine positum;*
3. *Aut contiguè attingit Literas* אהחער;
4. *Aut vicinum est alteri* Vav, *vel* Jod;

Verbi Gratia:

קֹדֶשׁ *Sanctitas*, יַעֲבֹד *serviet.*

Cata-

אֲרֻבֹּת הַשָּׁמַיִם *Cataracta Cœli.*
מְאֹד *valdè.* כֹּחַ *Virtus.*
עֹלָם *Seculum.* רֹאשׁ *Caput.*
גְּדֹלוֹת *magnæ.* אֲדֹנָי *Domini mei.*

Extra hos casus plerumque habet ſuſtentaculum ſuum Vav, *ut* כּוֹכָב *Stella; Præſertim ſi illud ſit radicale, aut Formativum.* 5.

ut עוֹף *avis.* תּוֹחֶלֶת *ſpes.*

Excipiuntur *tamen multa utrinque Anomala, quæ Maſora* (i.e. Critica Ebræorum ſacra) *paſſim Literis* חׄ, *hoc eſt,* חָסֵר deficiens, *&* מׄ, *hoc eſt,* מָלֵא redundans, *notavit.* 6.

XXIII. Holem à contiguo puncto ש abſorbetor.

Sive Dextrum præcedat, ut קְדֹשִׁים *ſancti.*
Seu Siniſtrum ſequatur, ut שֹׂנֵא *hoſtis.*

XXIV. Kamez-hatuph ante Scheva (expreſſum, vel intellectum,) privetur Punctis, *ut:*

קָרְבָּן *Oblatio.* *Intelligitur autem Scheva ſub Dageſch, vel Litera finali mobili, ut:* 1.

חָנֵּנִי *miſerere mei.* כָּל־ *omnis.*

Quæ

Quæ ex conſecutione Scheva, Dageſch, aut Mappik facilè à Kametz magno diſcernuntur.

2. *Nihilominus autem Rudioribus etiam* קָרְבָּן *&* חָנֵּנִי *cum Punctis ſcribuntur, inſtar breviſſimi Hateph-Kametz, quod ſolis ferè Gutturalibus ſubjicitur, ut:*

אֳנִי *Navis.* עֳנִי *Afflictio.*

XXV. Scheva mutum inſcribitur omni ךְ finali non kametzato, *ut:*

הָלַךְ *ambulavit.* מֶלֶךְ *Rex.*

Æmulantur id Literæ Begadkephat, *poſt ſocium Scheva, ut* יַפְתְּ *dilatet.*

III. NUMERI.

XXVI. Monadici exprimuntur Novem prioribus Literis; Denarii Novem ſuccedaneis; Centenarii reliquis.

ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
9	8	7	6	5	4	3	2	1
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
90.	80.	70	60.	50.	40.	30.	20.	10.

ת	ש	ר	ק
400.	300.	200.	100.

Reliqui Centenarij vulgariter ex minoribus coacervantur; Apud Cabalistas verò & Masoretas Literis finalibus *designantur.*

תתק	תת	תש	תר	תק
ץ	ף	ן	ם	ך
900.	800.	700.	600.	500.

XXVII. Intermedii ex his componuntur, majore semper præmisso.

Ut { 57. 44. 33. 21. 12. } *&c.*
{ נז מד לג כא יב }

At pro יה, *quod est è nominibus Divinis, usurpatur reverentiæ causa æquivalens* טו 15. *Ordo iste negligitur, quando Numerus aliquis* memoriali Symbolo *aptè includi potest; verbi gratiâ, Parscha Bereschit, sive prima sectio Genescos tot versus continere dici-* 1. 2.

dicitur, quot valet Nomen אֲמַצְיָה Amaſias *in Numeris ſcil.* 164. *Succedens Parſcha Noæ,* 153. *quot Symbolicum Nomen* בְּצַלְאֵל Bezaleel, &c. *Sic* Annus 1621. *latet in verſiculo 10. Pſalm. CXI.*

רֵאשִׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה׃

Principium Sapientiæ Timor DOMINI.

3. *Uſus Numerandi etiam inſignis eſt in* Cabala, *ubi quæ in Numeris æquivalent, per ſe mutuò explicari putantur, verbi gr. illud Genes. Cap. XLIX. v. 10.* יָבֹא שִׁילֹה veniet Schilo, per מָשִׁיחַ Meſſiam, *quorum utrumque* 358. *complectitur, quam interpretandi rationem* Gematriam *vocant,* de quâ Buxtorff. *in Abbrev.* & Hackſpan. *not. miſcell.*

IV. CURRENS SCRIPTURA.

XXVIII. In manuſcriptis uſurpantur alii Characteres.

1. *Habent enim Hebræi, æquè ut aliæ Linguæ, varias literarum formas.*

2. *Principalis, & quâ ſacer Codex deſcribitur, dicitur* מְרֻבַּעַת quadrata, *eſtque Duplex:*

Ad eas refertur Nomen Tetragrammaton, יְהוָה, *quòd si punctatur* יְהוִֹה *legendum est* אֱלֹהִים, *si verò punctatur*, יְהֹוָה *efferendum est* אֲדֹנָי. *Nam Vocales ejus sunt mutuatitiæ tantùm, atque iis per se caret, nec ante avorum nostrorum memoriam quisquam aliter pronunciavit.*

III. TONUS.

XVI. Tonus plerunque est in Ultima.

Vox tunc dicitur Milrà, *ut* יִשְׂרָאֵל Jisrael, *Israel.*

XVII. Sed penacuta sunt, quæ in ֶ vel ֶ desinuunt.

Dicuntur Milhel, *accentu in penult. posito, ut:*

אֲבִיגַיִל	*perperam*	*Abígail.*
אֲבִימֶלֶךְ	*prolatæ*	*Abimelech.*
בֵּית־לֶחֶם	*per*	*Béthlechem.*

Huc refer, quæ Patha vicarium pro Sægol habent, (*quod tantùm propè* החע *accidit, vide Regulam 137.*) *ut*: 2.

בַּת־שֶׁבַע Bath-schæba, *Bathsabea:*

Exci-

5. *Excipitur autem Sægol ante* הָמָן Haman, *hoc est, ante He Radicale, Mem, & Nun servilia, (stat enim tum Sægol pro Kamez, differentiæ gratiâ,) ut:*

מֹשֶׁה Moschæ'h, *Moses,*
פְּנֵיכֶם penechæ'm, *facies vestræ.*
שְׁמַרְתֶּן schemartæ'n, *custodiistis fœm.*

XVIII. Item, quæ in servilia
הָ נָה ךָ תָ תִי נִי מוֹ נוּ הוּ
terminantur.

1. Illud *fiebat ratione* Vocalium: Hoc *verò respectu* Consonarum, *ut:*

אֲחוֹתֶיהָ achotæ'ha, *sorores ejus.*
תִּשְׁכֹּנָּה tischcónna, *habitabunt, fœm.*
דְּבָרֶיךָ defaræ'cha, *verba tua.*
חָפַצְתָּ chapházta, *voluisti.*
יָכֹלְתִּי jachólti, *potui.*
עֲזַבְתָּנִי azaftáni, *deseruisti me.*
לָמוֹ lámo, *eis.*
יִשְׂמָחוּ jismáchu, *lætabuntur.*
אֲחָזְנוּ achádsnu, *apprehendimus.*
יַצִּילֵהוּ jazziléhu, *eripiet eum.*

2. *Huc refer* ה - *Paragogicum & Locale; (de quo agitur Regula 101.) ut:*

לַיְלָה láilah, *Nox.*

Sed

Sed excipe; *si Scheva mobile (simplex, aut compositum) præcedat, ut:* 3.

אֲסַפְּרָה asapperáh, *annunciabo.*
לְשֹׁנְךָ leschonecha, *lingua tua.*
גַּדְּלוּ gaddelú, *magnificate.*
צָעֲקוּ zaakú, *clamarunt.*

EXEMPLUM

Lectionis esto versus 8. Cap. III.

phoniæ, qui singulas Alphabeti Literas, etiam Finales continet.

לָכֵן חַכּוּ־לִי נְאֻם־יְהוָה לְיוֹם
lejóm Adonái neúm li chakku Lachen
קוּמִי לְעַד כִּי מִשְׁפָּטִי לֶאֱסֹף גּוֹיִם
gojím læasóph mischpatí ki leád kumi
לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת לִשְׁפֹּךְ עֲלֵיהֶם
alehæ'm lischpóch mamlachót lekófzí
זַעְמִי כֹּל חֲרוֹן אַפִּי כִּי בְּאֵשׁ קִנְאָתִי
kinathi beésch kí appí charón kól dsamí
תֵּאָכֵל כָּל־הָאָרֶץ׃
haárez kól teachél

Ideò expectate me, inquit Dominus, ad diem, quo surgam tandem, quia decretum meum est colligere Gentes, ut congregem Regna, ad effundendum super eos indignationem meam, omnem furorem iræ meæ. Quoniam in igne zeli mei devorabitur universa terra.

CA-

CAPUT II.
DE SCRIPTIONE.

Docet exarare
1. CONSONAS.
2. VOCALES.
3. NUMEROS.
4. CURRENTES LITERAS.

ORTHOGRAPHIA utriusq;
Dagesch differtur in proprium Caput.

I. CONSONÆ.

XIX. Literæ ſunto æquialtæ, transverſim craſſiuſculæ, deorſum tenuiores.

1. *Ad hoc præſtandum, oportet Calamum ſiniſtrâ Parte breviùs abſcindere, & inter ſcribendum obliquè tenere.*
2. *Pertinet etiam ad decus Literarum, ut* in modum flammæ *acuminentur; Hanc Calligraphiam feliciùs αὐτοψία, quàm Regulæ docent. Vide ergò, ut Literas invicem ſitu, & cognatas angulis apicibusque probè diſcrimines.*

Porrò

Porrò Majuſculas *non habent Hebræi, ne Initio quidem. Nam quæ grandiores alicubi, vel etiam minutiores occurrunt, (cum ſuſpenſis) ſunt Myſtica,* de quo alibi Philologi Sacri. 3.

XX. Sex Dilatabiles, אהלתם complementi vel ornatus gratiâ diducuntur.

Nam voces ſub lineæ finem dividere non ſolent, ſed aut hiatum hiſce longioribus explere, aut ſequentium aliquas ſuperfluè ſine Punctis apponere. 1.

Accidit hæc Dilatatio in Manuſcriptis, etiam Literis Beth, Gimel, Daleth, Reſch, *atque* Schin; *Ubi inſuper* He, Cheth, *&* Tav, *cum Gibbis antiquius picta viſuntur; Pe verò etiam in ſe reflexum; & reduplicatum, ac quaſi prægnans.* 2.

XXI. Quinque Finales מְנְצֵפְךָ in dictionum clauſulis extenduntur, *ut:*

מוּם *macula*, בֵּין *filius*, צִיץ *flos*,
חָפַף *texit.* זָכָה *purus fuit.*

Sed

1. *Sed crescente voce, vulgarem formam reassumere memento, ut* צִצִּים *flores.*

2. *Quod verò* Mem *Esaiæ IX. 7. in media voce* לְמַרְבֵּה ad multiplicandum, *clauditur, id totum, (& plura ejusmodi) Mysticum est*: de quo v. nostr. Infund. & Buxtorff. Tiberias.

II. VOCALES.

XXII. Holem mutabile, vel constructionis, vel prope indageschabiles, scribitur absque Vav; Cætera, præsertim Characteristica, cum illo.

Non perinde est, an cum, vel sine Vav *scribatur*; Sed scribitur defectivè:

1. *Quando est mutabile, (ut in penultimis Nominum Milhel, & ultimis Syllabis Verborum.)*
2. *Vel in Regimine positum;*
3. *Aut contiguè attingit Literas* אהחער;
4. *Aut vicinum est alteri* Vav, *vel* Jod;

Verbi Gratia:

קֹדֶשׁ *Sanctitas,* יַעֲבֹד *serviet.*

Cata-

אֲרֻבֹּת הַשָּׁמַיִם *Cataracta Cœli.*
מְאֹד *valdè.* כֹּחַ *Virtus.*
עֹלָם *Seculum.* רֹאשׁ *Caput.*
גְּדֹלוֹת *magnæ.* אֲדֹנָי *Domini mei.*

5. *Extra hos casus plerumque habet* susten-taculum suum Vav, *ut* כּוֹכָב *Stella; Præsertim si illud sit radicale, aut Formativum.*
ut עוֹף *avis.* תּוֹחֶלֶת *spes.*

6. Excipiuntur *tamen multa utrinque Anomala, quæ Masora* (i. e. Critica Ebræorum sacra) *passim Literis* ח׳, *hoc est,* חָסֵר deficiens, *&* מ׳, *hoc est,* מָלֵא redundans, *notavit.*

XXIII. Holem à contiguo puncto ש absorbetor.

Sive Dextrum præcedat, ut קְדֹשִׁים *sancti.*
Seu Sinistrum sequatur, ut שֹׂנֵא *hostis.*

XXIV. Kamez-hatuph ante Scheva (expressum, vel intellectum,) privetur Punctis, *ut:*

1. קָרְבָּן *Oblatio.* *Intelligitur autem Scheva sub Dagesch, vel Litera finali mobili, ut:*
חָנֵּנִי *miserere mei.* כָּל־ *omnis.*

Quæ

Quæ ex conſecutione Scheva, Dageſch, aut Mappik facilè à Kametz magno diſcernuntur.

2. *Nihilominus autem Rudioribus etiam* קָרְבָּן *&* חָנְנִי *cum Punctis ſcribuntur, inſtar breviſſimi Hateph-Kametz, quod ſolis ferè Gutturalibus ſubjicitur, ut:*

אֳנִי *Navis.* עֳנִי *Afflictio.*

XXV. Scheva mutum inſcribitur omni ךְ finali non kametzato, *ut:*

הָלַךְ *ambulavit.* מֶלֶךְ *Rex.*

Æmulantur id Literæ Begadkephat, *poſt ſocium Scheva, ut* יַפְתְּ *dilatet.*

III. NUMERI.

XXVI. Monadici exprimuntur Novem prioribus Literis; Denarii Novem ſuccedaneis; Centenarii reliquis.

א ב ג ד ה ו ז ח ט

9 8 7 6 5 4 3 2 1

י כ ל מ נ ס ע פ צ

90. 80. 70 60. 50. 40. 30. 20. 10.

ק ר ש ת

400. 300. 200. 100.

Reliqui Centenarÿ vulgariter ex minoribus coacervantur; Apud Cabalistas verò & Masoretas Literis finalibus *designantur.*

תק תר תש תת תתק

ך ם ן ף ץ

900. 800. 700. 600. 500.

XXVII. Intermedii ex his componuntur, majore semper præmisso.

Ut { 57. 44. 33. 21. 12. } *&c.*
{ נז מד לג כא יב }

At pro יה, *quod est è nominibus Divinis, usurpatur reverentiæ causa æquivalens* טו 15. *Ordo iste negligitur, quando Numerus aliquis* memoriali Symbolo *aptè includi potest; verbi gratiâ, Parscha Bereschit, sive prima sectio Geneseos tot versus continere dici-*

1\.
2\.

dicitur, quot valet Nomen אֲמַצְיָה Amasias *in Numeris scil.* 164. *Succedens Parscha Noa,* 153. *quot Symbolicum Nomen* בְּצַלְאֵל Bezaleel, &c. *Sic* Annus 1621. *latet in versiculo* 10. *Psalm. CXI.*

רֵאשִׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה׃

Principium Sapientiæ Timor DOMINI.

3. *Usus Numerandi etiam insignis est in* Cabala, *ubi quæ in Numeris æquivalent, per se mutuò explicari putantur, verbi gr. illud Genes. Cap. XLIX. v. 10.* יָבֹא שִׁילֹה veniet Schilo, per מָשִׁיחַ Messiam, *quorum utrumque* 358. *complectitur, quam interpretandi rationem* Gematriam *vocant,* de quâ Buxtorff. *in Abbrev.* & Hackspan. *not. miscell.*

IV. CURRENS SCRIPTURA.

XXVIII. In manuscriptis usurpantur alii Characteres.

1. *Habent enim Hebræi, æquè ut aliæ Linguæ, varias literarum formas.*

2. *Principalis, & quâ sacer Codex describitur, dicitur* מְרֻבַּעַת quadrata, *estque Duplex:*

Vetus, *pinguior illa & undulata, proinde elegantior habita, ſed diſtinctu difficilior; &* 3.

Nova, *viſu quidem gracilior, expeditior tamen ſcriptu.* 4.

Præter eas variæ ſunt vernaculæ, Currentes *vulgo appellatæ, & ſingulis ferè Gentibus ſuæ peculiares.* 5.

Hiſpanis *minuta & continua* מוּעֲלֵאק *dicta, ubi Jod & Vav mediis Beth, Daleth atque Reſch inſeruntur, cæteræque omnes Arabico more cohærent. Cujus Elias in Thisbi meminit.* 6.

Gallis, *laxior & inæquabilis, qualis viſitur in Titulis Bibliorum, & Commentariis à Roberto Stephano editis.* 7.

Italis *rotunda, exilis & pulchra,* מַשְׁקֵיט *vocata, quâ Veneta olim, & hodie Baſilcenſia Biblia ſunt excuſa; ea probatur doctis, & reliquis præfertur.* 8.

Noſtratibus denique Judæis in Germania *degentibus, craſſa rudisque* מְעָשֵׂיט *denominata, quâ Libros Minhagim, & conſimiles nugas exprimunt, à quibus ipſis tamen in Manuſcriptis multipliciter variant, prout quilibet manu ſuâ melius pingit vel deterius. In Majuſculis quoq; mirè luxuriant, quod ipſa Lectio in Commentariis Rabbinorum docebit.* 9.

XXIX.

XXIX. Adhibentur etiam Scripturæ compendia.

1. *Quæ barbarè* Abbreviaturas, *Rabbinicè verò* רָאשֵׁי תֵיבוֹת Capita dictionum *appellant. Nam ut latinè* l. *librum*, c. *caput*, v. *versum*, p. m. *piæ memoriæ*, q. d. *quasi diceret*, *significat: Ita Hebraicæ Consonantes quædam apicibus notatæ integràs Voces denotant.*

Sic significat Exempli gratia:

א׳	*dixit*, אָמַר
ה׳	*Nomen*, h. e. DEUS, הַשֵּׁם
הקב״ה	הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא *Sanctus Ille Benedictus*, hoc est, DEUS.
ז״ל	זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה *Memoria ejus sit in Benedictione.*
כ׳	*Scriptum*, כְּתִיב
ל׳	*Non extat*, לֵית
ס׳	*Clausum*, סְתוּמָה / ססס *vel*
פ׳	*Apertum*, פְּתוּחָה / פפפ *vel*
ק׳	*Lectum*, קְרִי
ר׳	*Magister*, רַבִּי
רש״י	רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִי *Rabbi Salomon Jarchi.*

vult dicere. רוצה לֵאמור ר״ל

Et Sexcenta talia, quæ pridem alij collegerunt.

2. *Interdum ultimas tantùm serviles rese- cant.*

ut תּור *pro* תּוֹרָה *Lex.*

3. *Aliàs Græcorum more Literas non con- nectunt, nisi* ל *&* א*, quæ Rabbini conjunctim, instar inversi Pe finalis pingunt* ﭏ.

4. *Item, in Nomine DEI, quod nonnulli sic* ײ *exprimunt, alij sic* ה׳*, plerique sic* דיוד He *mutilato, vel in* Daleth *converso, quo modô etiam passim in Talmud* אלקים *pro* אלהים *scribere solent*, He *contraria ratione, instar* Kuph, *prolongato.*

CAPUT III.

DE NOMINE.

Tradit Nominum:

1. FORMAS.
2. GENERA.
3. NUMEROS.
4. REGIMEN, quod est loco CASUUM; DECLINATIONES enim alias non habent.

DE MUTATIONE NOMINUM cum SUFFIXIS dicetur infrà Cap. IIX.

I. FOR-

I. FORMA.

XXX. Nomina formantur à Verbis, *ut:*

1. מֶלֶךְ *Rex, à Radice* מָלַךְ *regnavit.*

Rariùs ordine inverſo Verba deſcendunt à Nominibus, *ut:*

הֶאֱזִין *audivit, ab* אֹזֶן *Auris.*

2. *Porrò, ut Verba vel perfecta ſunt, vel Imperfecta: Ita quoque Nomina inde deducta.*

3. *Utraque autem,* (Perfecta *vel* Imperfecta *Nomina*) *ſunt vel:*

4. Nuda, *quæ ſolis Radicalibus Literis conſtant, vel*

5. Aucta, *quæ præter Radicales etiam Serviles Literas adjunctas habent.*

6. Nuda *iterum ſunt vel* Levia, *vel* Gravia, *vel* Milhel.

7. Aucta *verò vel utrinſecus, (hoc eſt, ab initio, vel fine tantùm) vel utrinque.*

Hanc Formarum varietatem noſſe multùm juvat, ideò eam prælibabimus.

XXXI. *Levia* deſinunt in Vocalem longam, præcedente longâ, vel Scheva.

Dicuntur Levia, *quia oriuntur ex levi* 1.
Conjugatione Kal, *nec ullo Dageſch forti onerantur. Sunt autem, pro diverſitate Terminationum, Quintuplicia.*

I. Claſſis deſinit in Kametz, *ut:* 2.

דָּבָר	*Verbum.*	גּוֹרָל	*Sors.*
שֵׁכָר	*Sicera.*	עוּגָב	*Organum.*
כְּתָב	*Scriptura.*		

II. *Finitur in* Zeri, *ut:* 3.

שָׁכֵן	*Vicinus.*	רוֹגֵל	*Obtrectator.*
תֵּבֵל	*Orbis.*	זְאֵב	*Lupus.*

III. *Exit in* Hireck magnum, *ut:* 4.

קָצִיר	*Meſſis.*	אוֹכִיל	*Cibus.*
כְּסִיל	*Stultus.*		

IV. *In* Holem, *ut:* 5.

גָּדוֹל	*Magnus.*	קִיטוֹר	*Fumus.*
אֵזוֹב	*Hyſſopus*	תְּהוֹם	*Abyſſus.*

V. *In* Schureck, *ut:* 6.

חָרוּל	*Urtica.*	אֵבוּס	*Præſepe.*
זְבוּל	*Habitaculum.*		

Obſerva tamen, quod pro priori Scheva 7.
ſub Gutturalibus locentur cognatæ Vocales compoſitæ, *ut:*

אֱוִיל	*Stultus.*	חֲמוֹר	*Aſinus.*

Quæ novas propterea Formas non conſtituunt, ſed ad praecedentes. כְּסִיל *&* תְּהוֹם *reducuntur.*

XXXII.

XXXII. *Gravia* desinunt in longam præcedente brevi; quam Dagesch sequitur.

1. *Ab hoc* Dagesch *denominantur* Gravia, *& Originem ducunt ex Pihel atque Pyhal.* *Suntque rursus quinque* Classium.

2. I. *Terminata in* Kametz, *ut:*
גַּנָּב *Fur.* אִכָּר *Agricola.*
סֻלָּם *Scala.*

3. II. *In* Zeri, *ut:*
מַקֵּל *Baculus.* אִלֵּם *Mutus.*
כֻּסֶּם *Spelta.*

4. III. *In* Hireck magnum, *ut:*
אַדִּיר *Magnificus.*

5. IV. *In* Holem, *ut:*
צִפֹּר *Passer.* סֻבֹּל *Onus.*

6. V. *In* Schureck, *ut:*
תַּנּוּר *Furnus.* שִׁקּוּץ *Abominatio.*

7. *Huc etiam pertinent*, quorum Dagesch quidem omissum est, sed aliâ Vocali compensatum, *ut:*
גֶּחָל *Pruna.* חֵרֵשׁ *Surdus.*
חָרָשׁ *Faber.* סָרִיס *Evnuchus.*
Pro חַרָּשׁ סַרִּיס *&c.* *ad Analogiam* אַדִּיר גַּנָּב.

XXXIII. Penacuta sive *Milhel* desinunt in breve Sægol, præcedente mutabili.

Subdividuntur in quatuor Formas: 1.

I. *Ubi aliud* Sægol *præcedit, ut:* 2.

צֶדֶק *Justitia.*

II. *Ubi* Zeri, *ut,* סֵפֶר *Liber.* 3.

Aliqua tamen indifferenter quinque vel sex Puncta habent, ut: 4.

שֵׂכֶל & שֶׂכֶל *Ingenium.*

III. *Ubi* Holem *cassum, hoc est, absque Vav scriptum, ut* קֹדֶשׁ *sanctitas.* 5.

IV. *Ubi* Kametz, *tunc media semper est Vav, ut* מָוֶת *Mors.* 6.

Et hæ Formæ omnes, ratione Vocalium, in incremento vocis variè sunt mutabiles. 7.

Porrò accidit sæpissimè propter Literas ה ח ע*, ut pro Sægol desinant in* Patha Vicarium, *ut:* 8.

יֵשַׁע *Salus.* נֵצַח *Æternitas.*

נַעַר *Puer.* גֹּבַהּ *Altitudo.*

Et referuntur huc quoque Imperfecta pauca, quæ pro Sægol habent Scheva mutum, ut: 9.

חֵטְא *Peccatum.* קֹשְׁטְ *Veritas.*

שָׁוְא *Vanitas.*

XXXIV.

XXXIV. *Aucta initio tantùm*, pleraque Mem gerunt in fronte, & terminantur in longam.

1. *Prima radicalis adsciscit Scheva, quando aliqua* Hæemantica, *sive formativa Litera præponitur. Proinde illa præliminaris Litera brevem Vocalem nanciscitur, plerunque Patha, interdum Hireck, ut:*

מִשְׁעָן & מַשְׁעֵן *Baculus.* מַכְאוֹב *Dolor.*
מִשְׁפָּט *Judicium.* מִזְמוֹר *Psalmus.*
מַשְׂכִּיל *erudiens carmen.* מַטְמוֹן *Thesaurus.*

2. Quædam Aleph præmittunt, *ut:*

אַכְזָב *Fallax.* אַבְנֵט *Baltheus.*

Sed crebrius cum Sægol, *ut:*

אֶצְבַּע *Digitus.* אֶשְׁכּוֹל *Botrus.*

3. Nonnullæ Thav in fronte gerunt, *ut:*

תַּלְמִיד *Discipulus.* תַּמְרוּק *Absterforium.*

4. *Pauca* Jod *vel* Nun, *ut:*

יִצְהָר *Oleum.* יַלְקוּט *Pera.*
נַפְתּוּל *Luctatio.*

XXXV. *Aucta fine tantùm*, partim assumunt Nun vel

vel Jod, partim He vel Thav.

Priora sunt Masculina, *ut:* 1.

קָרְבָּן *Sacrificium.* שִׁלְטוֹן *Potestas.*
גַּרְזֶן *Securis.* נָכְרִי *Extraneus.*

Posteriora verò Fœminina, *& satis frequentia.* 2.

Quæ in הָ desinunt, vel habent Scheva mobile sub prima, *ut:* 3.

בְּרָכָה *Benedictio.* נְגִינָה *Concentus.*
בְּהֵמָה *Jumentum.* בְּשֹׂרָה *Nuncium.*
גְּבוּרָה *Potentia.*

Vel Scheva mutum sub media, *ut:* 4.

שַׂלְמָה *Vestis.* שִׂמְחָה *Lætitia.*
חֶרְפָּה *Probrum.* חָכְמָה *Sapientia.*
טֻמְאָה *Immundities.*

Rariùs gravantur per Dagesch, *ut:* 5.

יַבָּשָׁה *Arida.* שְׁמִטָּה *Intermissio.*
סְגֻלָּה *Peculium.*

Quæ autem in Thav desinunt, ut plurimum habent Sægol, vel Patha vicarium, *ut.* 6.

אַדֶּרֶת *Paludamentum.* נְחשֶׁת *Æs.*
גְּבֶרֶת *Hera.* שִׁבֹּלֶת *Spica.*
אִוֶּלֶת *Stultitia.* כְּתֹנֶת *Tunica.*
עֹפֶרֶת *Plumbum.* תּוֹלַעַת *Vermis.*
כַּפֹּרֶת *Propitiatorium.* סַפַּחַת *Apostema.*

7. Ali-

7. Aliquando habet Hireck vel Schureck, *ut:*

גָּפְרִית *Sulphur.* שְׁאֵרִית *Residuum.*
רֵאשִׁית *Principium,* מַלְכוּת *Regnum.*
כְּסִילוּת *Stoliditas.*

XXXVI. *Utrinque aucta* incipiunt à Mem vel Thav, & desinunt in He vel Thav.

מִלְחָמָה *Bellum.* מֶרְכָּבָה *Cacabus.*
מַרְכֶּבֶת *Currus.* מִשְׁקֹלֶת *Perpendiculum.*
מַהְפֵּכָה *Subversio.* תִּפְאָרָה *Ornatus.*
מִגְעֶרֶת *Exitium,* תַּרְדֵּמָה *Sopor.*
מִשְׁפַּחַת *Familia.* תַּנְחוּמָה *Consolatio.*
מֶמְשָׁלֶת *Dominium.* תִּפְלֶצֶת *Horror.*
תִּלְבֹּשֶׁת *Vestitus.*

2. Rarò ab Aleph inchoatur, *ut:*
אֶצְעָדָה *Armilla.*
אַשְׁמוּרָה & אַשְׁמֹרֶת *Vigilia.*

XXXVII. *Imperfecta* Conjugationum suarum Anomalias sequuntur.

Quem-

Quemadmodum Anomala Verba *inter conjugandum quasdam Literas vel mutant, vel amittunt; Ita Nomina inde derivata easdem imperfectiones sustinent. Quod particulariter per præcipuas Species declarabo:* 1.

XCIX. ךְ Fœmininum jungitur singularibus & verbis per Zeri; pluralibus per Patha cum Hireck.

Significatione non differt à præcedente ךָ, *sed genere tantùm; & usurpatur, cùm de re Fœmininâ sermo est, cujuscunque tandem generis sit illa vox, cui adhæret, ut:*

עִצְּבוֹנֵךְ dolorem tuum, *scil. Eva*; *ex*
עִצָּבוֹן *Masculino.*
שְׁעָרַיִךְ portas tuas, *scil. Jerusalem*;
יַשְׂבִּיעֵךְ satiabit te.

C. VAV Nominale cohæret singularibus per Holem; pluralibus per Kametz.

I. *Significat* ille, illius, illi, illum, *ut:*

חַרְבּוֹ gladius ejus,
בְּגָדָיו vestes ipsius.

Rarò G

Rarò & impropriè Verbis adhæret, ut:

יִרְדְּפוּ persequetur eum.

CI. הוּ Verbale cohæret plerisque per Zeri; solis præteritis per Kamez.

1. *Significat idem quod præcedens Vav; sed usu differt, & propriè verborum est, ut:*

נְשָׁכָהוּ momordit illum,

אֶקְשְׁרֵהוּ ligabo eum.

2. *Nec assuitur Nominibus, nisi tantùm in* ה *finitis, ut:*

עָלֵהוּ folium ejus.

3. *Huc reducendum est* Compositum Suffixum נוּ*, quod per Sægol adhæret, ut:*

אַגִּידֶנּוּ indicabo illi.

Est enim loco נהו *receptum, & vulgò perperam pro Primitivo habetur.*

CII. He Nominale annectitur singularibus per Kamez & Mappik: pluralibus verò per Sægol & Kamez.

Signi-

1. *Significat* illa, illius, illi, illam, *in fœminino genere, ut:*

בַּעְלָהּ maritus ejus,
יְלָדֶיהָ nati illius.

2. *Impropriè Verbis annectitur, ut:*

יַשְׁפִּילָהּ humiliabit eam.

3. Huc refertur He locale, *quod significat* verſus, tenus, uſque, *& terminationes corripit, ne Accentum loco moveat, ut:*

אַרְצָה terram verſus.

CIII. נָּה Verbale annectitur omnibus per Sægol & Dageſch.

Significat idem quod præcedens He, niſi quòd Verbis peculiariter competit, ut:

יַלְבִּשֶׁנָּה veſtiet eam.

CIV. נוּ Raphatum poſtulat Zeri; ſed in Præteritis Kametz.

Significat nos, nobis, noſter, noſtra, noſtrum, (*in quo differt ab altero* נּוּ *Dagiſſato* *tur-*

tertia persona singularis numeri, quod requirit Segol, & significat eum, *ut:*

יַצִּילֶנּוּ eripiet eum,)
ut: גּוֹאֲלֵנוּ Redemptor noster,
הִצִּילָנוּ liberavit nos.

CV. Gravia כֶם כֶן הֶם הֶן copulantur constructis; singularibus per Scheva, pluralibus per Zeri.

1. *Priora* כֶם כֶן *significant* vos, vobis, vester, vestra, vestrum; *illud in Masculino, hoc in Fœminino genere.*

At posteriora הֶם הֶן illorum, illis, illos, illarum, illis, illas.

2. *Hæc quatuor vocantur* Gravia, (*ad differentiam reliquorum, quæ* Levia *sunt,*) *& junguntur formis constructis, h. e. ut in Regimine solent, mutatis, ut:*

עֲצַתְכֶם consilium vestrum,
חֶפְצֵיהֶם desideria illorum.

3. *Verba singularium rationes sequuntur, ut:*
עֲצַרְכֶם occlusit vos.

CVI. ם ן adhærescunt per Kamez, solis Futuris per Zeri.

1. *Significant idem quod præcedentia הֶם הֶן sed junguntur ferè tantùm vocibus in mobilem finitis, ut:*

לְשׁוֹנָם	lingua eorum,
גְּרוֹנָן	guttur illarum,
יוֹשִׁיעֵם	salvabit ipsos.

2. Mem *in metricis libris sæpè Vav-Holem Paragogicum assumit, ut:*

כִּסָּמוֹ	operuit eos.

CVII. Nomina singularia Masculina He tollunt; Fœminina verò id in Thav convertunt, *ut:*

1.

שָׂדֶה	ager,
שָׂדִי	ager meus.
שְׁאֵלָה	petitio,
שְׁאֵלָתִי	petitio mea.

2. *Excipe* פֶּה Os, *He in Jod convertit, quod ante suffixum Jod cedit vicissim.*

Quam formam quoque 3.
אָב Pater, אָח Frater, חָם Socer,
assumpto Jod æmulantur.

CVIII. Pluralia Masculina ם abjiciunt, Fœminina Jod assumunt.

דְּבָרִים verba, דְּבָרֶיךָ verba tua, 1.
צְדָקוֹת Justitiæ,
צִדְקוֹתָיו Justitiæ ejus.

Sic & Dualia, ut: 2.
עֵינַיִם oculi,
עֵינֵינוּ oculi nostri.

Excipe Jod cum ם *&* ו *omittitur, ut:* 3.
אוֹצְרוֹתָם thesauri ipsorum.

CIX. Verba 1. Præterita mutant terminationes

ה- in ת-
ת in תָ
תִּי in תְ
תְּ in תֶם & תֶן

2. Futura ו vel ·· in נָה

3. Im-

3. Imperfecta ſuum HE quoque amittunt, *ut:*

1.	מִלֵּאתָ	implevisti,
	מִלֵּאתַנִי	implevisti me,
	עָנָה	reſpondit,
	עָנָנִי	reſpondit mihi.

2. *Habent etiam perſonæ tertiæ Fœmininæ Præteritorum alias Anomalias plures, quas ob raritatem nunc omitto.*

CX. In Hireck magnum, vel Schureck terminata Suffixa ſimpliciter admittunt.

1. *Nec indigent alio glutine, vel intercedente Vocali, quod ſuperioribus Regulis derogat, ut:*

מָצָאתִי	inveni,
מְצָאתִים	inveni eos,
גֵּרְשׁוּ	expulerunt,
גֵּרְשׁוּהוּ	expulerunt illum.

2. *Eadem eſt ratio Kybbuz Euphonici, ut:*

יִקָּחֻהוּ	accipient eum.

CXI. Inſeritur aliquando Nun ſchevatum inter vocem & ſuffixum.

Quod ideò Epentheticum *appellabimus, ut:*

יְשַׁבְּחוּנְךָ	laudabunt te.
יְמְצָאֻנְנִי	reperient me.

CXII. Quædam particulæ ſingularium, aliæ pluralium more, Suffixa ſuſcipiunt.

SINGULAR. ut: 1.

הִנְּךָ	Ecce tu!
לְבַדּוֹ	tantùm ipſe.

PLURAL. inſerto Jod, ut: 2.

אֵלֵינוּ	ad nos,
עֲלֵיכֶם	ſuper vos,
בֵּינֵיהֶם	inter illos.

Pauciores VERBA imitantur, ut: 3.

הִנְנִי	Ecce ego!
אֵינֶנּוּ	non ille,
עִמָּנוּ	nobiſcum.

Quæ varietas uſu diſcernenda eſt.

Ex

CXIII. Ex præfixorum cum suffixis coalitu, voculæ quædam serviles oriuntur.

1. *Quæ ad nullam radicem referri possunt, quia ex meris servilibus Literis constant, ut:*

בִּי	in me,	בָּנוּ	in nobis,
בְּךָ	in te,	בָּכֶם	in vobis,
בּוֹ	in illo,	בָּהֶם	in illis.

2. *Sic* לִי לְךָ לוֹ לָנוּ
nobis, illi, tibi, mihi.
Et in pausa בָּךְ לָךְ *Vocalibus transpositis.*

3. *Caph tunc* מוֹ *assumit, ut:*
כָּמוֹנִי sicut ego.

4. *Et Mem ferè reduplicatur, ut:*
מִמֶּנִּי à me,
מִמֶּנּוּ à nobis & ab illo.
Quæ cuncta in Lexico frustrà quæsiveris.

PARAGOGE.

CXIV. Suffixis æquiparantur literæ נ ה Paragogicæ.

1. *Quæ nudam Emphasin inducunt, nihil aliud significant. Usus earum creber est in Metro; præsertim verò Imperativus (Accentu manente,) & Futurus sæpè adhæret He, ut:*

קוּמָה Surge,

אֲבָרְכָה benedicam.

2. *Nominibus additum significationem auget, tunc ordinarium He propter Euphoniam in Thav mutatur, ut:*

יְשׁוּעָתָה saluberrima Salus.

3. *Elicitur aliquando è Kamez finali, quod semper intellectum He post se trahit, ut:*

נָתַתָּה dedisti,

עִמְּכָה tecum.

4. *Nun jungitur Verbis in Hireck magnum, vel Schureck finitus, ut:*

יֵדְעוּן sciverunt.

5. *Rarius etiam JOD & VAV per Paragogen redundant.*

Suffi-

SUFFIXORUM
Exempla.

I. IN NOMINIBUS.

Numeri Singularis.

י	דְּבָרִי	Verbum	meum.
נוּ	דְּבָרֵנוּ		nostrum.
ךָ	דְּבָרְךָ		tuum, *Masculin.*
ךְ	דְּבָרֵךְ		tuum, *Fæminin.*
כֶם׳כֶן	דְּבַרְכֶם׳ כֶן		vestrum, *Masc. & Fæm.*
וֹ	דְּבָרוֹ		ejus, *Masculin.*
הּ	דְּבָרָהּ		ejus, *Fæmin.*
ם׳ן	דְּבָרָם ן		illorum, illarum.

Eadem cum Pluralibus.

י	דְּבָרַי	Verba	mea.
נוּ	דְּבָרֵנוּ		nostra.
ךָ	דְּבָרֶיךָ		tua, *Masculin.*
ךְ	דְּבָרַיִךְ		tua, *Fæmin.*
כֶם׳כֶן	דִּבְרֵיכֶםכֶן		vestra, *Masc. & Fæmin.*
ו	דְּבָרָיו		ejus, *Mascul.*
הָ	דְּבָרֶיהָ		ejus, *Fæmin.*
הֶם׳הֶן	דִּבְרֵיהֶם׳הֶן		illorum, illarum.
מוֹ	דְּבָרֵימוֹ		illorum, *Mascul.*

Exempl. 2.

Exempl. 2. *Nominis Fœmin.*

י	צִדְקָתִי	Juſtitia	mea.
נוּ	צִדְקָתֵנוּ		noſtra.
ךָ	צִדְקָתְךָ		tua, *Maſcul.*
ךְ	צִדְקָתֵךְ		tua, *Fœmin.*
כֶם כֶן	צִדְקַתְכֶם/כֶן		veſtra, *Maſc. & Fœmin.*
וֹ	צִדְקָתוֹ		ejus, *Maſc.*
הּ	צִדְקָתָהּ		ejus, *Fœmin.*
ם/ן	צִדְקָתָם/ן		illorum, illarum.

Numerus Pluralis.

י	צִדְקוֹתַי	Juſtitiæ	meæ.
נוּ	צִדְקוֹתֵינוּ		noſtræ.
ךָ	צִדְקוֹתֶיךָ		tuæ, *Maſcul.*
ךְ	צִדְקוֹתַיִךְ		tuæ, *Fœmin.*
כֶם/כֶן	צִדְקוֹתֵיכֶם/כֶן		veſtræ, *Maſc. & Fœmin.*
יו	צִדְקוֹתָיו		ejus, *Maſc.*
הָ	צִדְקוֹתֶיהָ		ejus, *Fœmin.*
ם/ן	צִדְקוֹתָם/ן		illorum, illarum.
מוֹ	צִדְקוֹתֵיהֶם/הֶן		idem.

Reliqua Affixa cum Nominibus non copulantur præter הו*, quod connectitur ſaltem Nominibus in* ה *quieſcentibus, in quibus præmittit ſibi Zeri, abjecto prius* ה.

II. IN

II. IN VERBIS.

PRÆTERITUM KAL.

Ille visitavit פָּקַד

eos,	פְּקָדָם / פְּקָדָמוֹ	eum,	פְּקָדוֹ / פְּקָדָהוּ	Affixa, tert. Person.
eas,	פְּקָדָן	eam,	פְּקָדָהּ	
vos, *Fæm.*	פְּקַדְכֶם	te, *Mascul.*	פְּקָדְךָ	2. Person.
vos, *Fæm.*	פְּקַדְכֶן	te, *Fæmin.*	פְּקָדֵךְ	
nos, *Com.*	פְּקָדָנוּ	me, *Comm.*	פְּקָדַנִי	1. Person.

Illa visitavit פָּקְדָה

eos,	פְּקָדָתַם / פְּקָדַתַם	eum,	פְּקָדַתְהוּ / פְּקָדַתּוּ	3. Person.
eas,	פְּקָדָתַן / תַן	eam,	פְּקָדָתָה / פְּקָדַתָּה	
vos,	פְּקָדַתְכֶם / כֶן			
nos,	פְּקָדַתְנוּ	te, *Mascul.*	פְּקָדַתְךָ	2. Person.
		te, *Fæm.*	פְּקָדַתֵךְ	
		me, *Com.*	פְּקָדַתְנִי	1. Person.

Tu vir visitavisti פָּקַדְתָּ

תַּנִי	תָּהּ	תּוֹ / תָּהוּ	פְּקַדְ
me,	eam,	eum,	
תָּנוּ	תָּן /	תָּם / תָּמוֹ /	
nos.	eas,	eos.	

פְּקַד

Tu, *Fæm.* visitasti פָּקַדְתְּ

פָּקַד {
תִּיו / תִּיהוּ / תִּיהָ / תִּינִי
me, eam, eum,
תִּים / תִּין / תִּינוּ:
nos. eas, eos,
}

Visitavi. פָּקַדְתִּי

Forma eadem hic est, quæ in præcedente voce, nisi quod affixa primæ Personæ locum hic non habeant.

Visitarunt illi & illæ פָּקְדוּ

פְּקָד {
וּהוּ / וּהָ / וּךָ / וּךְ / וּנִי:
me. *Com.* te, *Fæm.* te, *Masc.* eam, eum,
וּם / וּן / וּכֶם / וּכֶן / וּנוּ:
nos, *Com.* vos, *Fæm.* vos, *Masc.* eas, eos,
}

Visitastis vos פְּקַדְתֶּם/תֶּן

פְּקַד {
תּוּהוּ / תּוּהָ / תּוּנִי:
me. eam, eum,
תּוּם / תּוּן / תּוּנוּ:
nos. eas, eos,
}

Visitavimus eam פָּקַדְנוּ

פְּקַד {
נוּהוּ / נוּהָ / נוּךָ / נוּךְ
te. *Fæm.* te, *Masc.* eam, eum,
נוּם / נוּן / נוּכֶם / נוּכֶן:
vos, *Fæm.* vos, *Masc.* eas, eos,
}

FUTU-

FUTURUM KAL.

אֶפְקוֹד תִּפְקוֹד יִפְקוֹד נִפְקוֹד ;

Eodem modo hisce omnibus Affixa junguntur. Exemplum sit tertia Persona.

Visitabit יִפְקוֹד

יִפְקְ {

דוֹ/ דֵהוּ/ דֶנּוּ דֵהָ/ דֶהָ/ דֶנָּה ;

eam, eum,

קֵדְךָ/ דֵךְ/ דֵנִי/ דֵם/ דֵן/

eas, eos, me, te, *Fœm.* te, *M.*

קֶדְכֶם/ קֶדְכֶן/ קְדֵנוּ:

nos, vos,

תִּפְקְדִי תִּפְקְדוּ יִפְקְדוּ:

Nihil hic mutatur, ut & in Imperativo. Pro תִּפְקוֹדְנָה *usurpatur* תִּפְקְדוּ

IMPERATIVUS KAL.

Vir visita:

Servat formam Infinitivi.

Affixum ם *hic habet ante se Zeri.*

Altera Forma פְּקֹד *mutat in*

פִּקְדִי/ פִּקְדוּ ;

Nihil hic mutatur. Pro פְּקוֹדְנָה *junguntur Affixa ad formam* פִּקְדוּ

INFI-

INFINITIVUS KAL.

פְּקוֹד Visitare

דִין/ דֵהוּ/ דֵנוּ/ דָהּ/ דֵנַּה/
eam, nos, eum,

דֵךְ/ דֵךְ:
te, *F.* te, *M.*

פְּקֹ דִי/ דֵנִי/ דָם/ דָן/ דְכֶם/
vos, eas, eos; me,

דְכֶן/ דֵנוּ:
nos, vos,

Dicitur etiam

פָּקְדֵךְ/ פָּקְדְכֶם/ כֶן:

PARTICIPIUM PRÆSENS.

פּוֹקֵד Visitans

דוּ/ דֵהוּ/ דָהּ/ דָהּ/ דֵנִי/
me, te, *F.* eam, eum,

פּוֹקְ דָם/ דָן/ דֵנוּ:
nos, eas, eos,

Dicitur:

פּוֹקֶדְךָ/ כֶם/ כֶן:
vos. *F.* te, *M.*

פּוֹקְדִים Visitantes

פּוֹקְ דָיו/ דֶיהָ/ דֶיךָ/ דַיִךְ/ דַי:
me, te, *F.* te, *M.* eam, eum,

Visi-

Viſitantes

פּוֹקְ { דֵיהֶם / דֵיהֶן / דֵיכֶם / כֶן / דֵינוּ:

eos, eas, vos, vos, nos.

פָּקוּד Viſitatus

פְּקוּדוֹ viſitatus ejus : *Et ſic deinceps cum Affixis præcedentis temporis.*

CAPUT IX.

DE CORREPTIONE VOCALIUM.

CXV. Omnes quindecim Vocales variè mutantur.

1. *Vel longæ in breves, quæ* Allevatio *dicitur: Vel viciſſim hæ in illas, quæ vocatur*
2. Elevatio: *Vel etiam ejusdem quantitatis*
3. *inter ſe mutuò* permutantur. *Quod præcipuum eſt hujus Linguæ artificium, quamvis vulgò ferè neglectum.*

I. CORREPTIO.

CXVI. Antepenultimæ longæ, Kametz & Zeri, corripiuntur in Scheva.

Quando scilicet, propter incrementum vocis, locum sortiuntur retrò tertium ab Accentu: sive id fiat in formatione Pluralis, aut Fæminini, seu additione Suffixi, ut:

זְקֵנִים Senes,
רְחוֹקָה longinqua,
קְרוֹבִי propinquus meus.
Ex זָקֵן רָחוֹק קָרוֹב

CXVII. Eædem longæ Kametz & Zeri, in prioribus Syllabis regiminis, corripiuntur in Scheva.

Oportet autem vocis Tonum Milrà fuisse, ut:

כְּבוֹד אֵל Gloria DEI,
כּוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם Stellæ Cœlorum,
לְבַב אֱנוֹשׁ Cor hominis.
Ex absolutu לֵבָב כּוֹכָבִים כָּבוֹד

Sed

CXVIII. Sed impuræ manent immutabiles ubique.

1. *Hoc eſt, quæcunque Dageſch, vel quieſcentem includunt, ſive exprimatur ea, ſeu ſubintelligatur tantùm, ut:*

סָרִיסִים Evnuchi,
מֵישָׁרִים rectitudines,
בָּתֵּי הָעִיר domus urbis.

2. *Huc refer מָ Kametz ſub Mem defectivorum, ut:*

מָגִנִּי ſcutum meum.

CXIX. Omne Sægol vocis Milhel creſcentis, corripitur in Scheva, *ut:*

1. צִדְקוֹ Juſtitia ejus, *ex* צֶדֶק

2. *Quò etiam Sægol formæ* שְׁכֶם, *& Hireck formæ* פְּרִי *referuntur, ut:*

שִׁכְמוֹ humerus ejus,
פִּרְיוֹ fructus ejus.

3. *Excipe, Sægol finale pluraliter in Kamez tranſit, ut:*

דְּרָכִים viæ, *ex* דֶּרֶךְ
Sic צְבָיִים capreæ, *ex* צְבִי

Quod etiam Scheva Fœmininorum inde oriundum æmulatur, ut כְּבָשׂוֹת, oves, *quod ipsum est ex Masculino* כֶּבֶשׂ. 4.

At in ת *finita prius illud abjiciunt, ut penultimum Sægol fiat finale, velut:* 5.

עֲטֶרֶת Corona,
עֲטָרוֹת *Plural.*

CXX. Etiam præcedens Zeri vel Holem sic corripitur, *ut:*

סְפָרִים Libri, 1.
רְתָמִים Juniperi,
Ex סֵפֶר *&* רֹתֶם

Sed ex origine Holem, cognationis causâ, fit Hateph-Kametz, præsertim sub Gutturali, ut: 2.

חֹדֶשׁ Mensis,
חֳדָשִׁים *Plural.*

Rariùs sub alia, ut: 3.

קֳדָשִׁים Sanctitates.

CXXI. Crescentium defectivorum longæ corripiuntur in analogas breves.

Scili-

1. *Scilicet Kametz in Patha, ut:*
חָם calidus, חַמִּים

2. *Zeri in Hireck, ut:*
לֵב Cor, לִבִּי

3. *Holem in Kametz-Hatuph, ut:*
חֹן miserere, חָנֵּנִי

4. *Frequentius tamen in Kybbutz, ut:*
עֹז robur, עֻזִּי

5. *Denique quorundam Patha quoque in Hirek, ut:*
צַד latus, צִדִּים

6. *Et solus Articulus* אֵת *differentiæ causâ facit* אוֹת

CXXII. Propter Accentum retractum, vel ablatum, terminales longæ corripiuntur in cognatas breves.

Quando in pausâ, vel cum Vav conversivo Tonus ad præcedentem rejicitur, aut Accentus, propter vinculum Makeph, prorsus aufertur, tunc ex Kametz fit Patha, ut:
מַה־טּוֹב quàm bonum?

2. *Ex Zeri Segol, ut:*
וַיֹּאמֶר & dixit,
אֶת־בֶּן־בָּקָר filium bovis, *h. e.* vitulum.

Ex Holem Kametz Hatuph, ut: 3.
כָּל־אֲשֶׁר omne quod.

CXXIII. Terminationes regiminis Kametz & Zeri, corripiuntur in Patha, *ut:*

מוּסַר אֵל castigatio DEI, 1.
מִשְׁעַן לֶחֶם baculus panis,
Ex מִשְׁעָן *&* מוּסָר

Inde est, quod & Fœmininum ה־, *tunc in* 2.
ת־ *convertitur, ut supra dictum.*

Excipe, Zeri aliquando manet, ut: 3.
מָגֵן שָׁאוּל scutum Saulis.

Præsertim in Monosyllabis. 4.

Et אָב Pater, אָח Frater, *Jod assumunt.* 5.

At in ה־ *finita faciunt* ה־ *ut:* 6.
מִקְנֵה צֹאן possessio pecudis.

CXXIV. Finale Zeri quodcunque: Item Holem & Patha Verbi, ob incrementum corripiuntur in Scheva,

Opor-

1. *Oportet autem Accentum unà promoveri, ut:*

עִלֵּג balbus,

עִלְּגִים *Plural.*

Sic ex וְאֶשְׁמֹר custodiam
fit אֶשְׁמְרֵהוּ illum,

Ex Infinitivo וּפְתֹחַ dum aperi-
fit בְּפִתְחֵי rem ego.

2. *Huc refer formam,* דְּבַשׁ Mel.

3. *Excipe* 1. *Zeri manet post Kametz, vel Scheva, ut:*

שָׁכֵן vicinus, שְׁכֵנִים
זְאֵב lupus, זְאֵבִים

4. *Et in quibusdam Monosyllabis.*

5. *At* בֵּן Filius *facit* בָּנִים

6. 2 *Patha Verbi Finiti cum Suffix. Lev. in Kamez produci mox dicetur infra.*

7. *Holem Nominum,* רֹאשׁ Caput, *&* יוֹם Dies, *pluraliter transit in Kametz, ut:*

יָמִים רָאשִׁים

CAPUT X.

DE PRODUCTIONE VOCALIUM, & reliquis Mutationibus.

II. PRODUCTIO.

CXXV. Duorum Schevajim, initio vocis concurrentium, prius producitur in Hireck.

Hoc Hireck regulariter eſt parvum, ut: 1.

בִּכְלִי in vaſe.

At ubi Jod ſequitur, ejecto Scheva, fit magnum, ut: 2.

בִּיהוּדָה in Judæa.

Et quando per alias cauſas poſterius Scheva mutatur, redit prius poſtliminiò, ut: 3.

שִׁפְחָה Ancilla,

שְׁפָחוֹת *Plural.*

Excipe 1. Si prius Scheva ortum fuerit ex Sægol, (vel Patha vicario,) tunc ſub & ante Gutturalem producitur in Patha, ut: 4.

חֶסֶד miſericordia, חַסְדּוֹ

Quod idem fit in aliis XXX. vocibus, è quibus communiores ſunt. 5.

מֶלֶךְ Rex, דֶּרֶךְ Via,
נֶפֶשׁ Anima, רֶגֶל Pes,
קֶרֶן Cornu, כֶּרֶם Vinea,
קֶשֶׁת Arcus, &c.

2. Ex

6. *Ex Zeri ortundum, sub Gutturali, elevatur in Sægol, ut:*

חֵפֶץ voluptas, חֶפְצוֹ voluptas ejus.

7. *Sic & pauca sub non-gutturali, ex Sægol orta, redeunt in primigeniam Sægol, ut:*

נֶגֶד coram, נֶגְדְּךָ coram te.

Sic לֶכֶת ire, לֶכְתְּךָ ire te.

Idem accidit τῷ Scheva sub literis אויתן,

8. *ob naturam gutturalium, quamvis non sit ex Zeri, ut:*

אֶשְׁמוֹר Custodiam,

יֶחְפְּרוּ confundentur.

3. *Si fuerit ex Holem Nominis, vel ante*

9. *Holem Verbi, producitur in Kamez Hatuph, ut:*

גֹּרֶן area, גָּרְנִי area mea.

Sic שְׁמֹר custodi, שָׁמְרָה

CXXVI. At sub finem concurrentium prius producitur ad analogiam originis.

1. *Nempe ex Sægol ortum vertitur in Patha, ut:*

אִוֶּלֶת stultitia, אִוַּלְתּוֹ

2. *Ex Zeri in Sægol, ut:*

אֲזַמֵּר psallam, אֲזַמְּרָךְ

Ex Holem in Kametz Hatuph, ut: 3.
צִפֹּרֶן unguis, צִפָּרְנֶיהָ

CXXVII. Scheva mobile ante hatephatam, producitur in ſimilem mediocrem, *ut*:

כָּאֱנוֹשׁ ſicut homo,
בָּעֳנִי in afflictione,
לַעֲבָדִים ſervis

viciſſim ſub media gutturali, poſt medio- 1.
crem, convertitur in ſimilem hatephatam, ut:
נַעַר puer, נַעֲרָה puella,
פֹּעַל opus, פָּעָלְךָ opus tuum.

Specialis eſt Contractio ∵∴ *octo Punctorum* 2.
ad ·· *duo, in* לֵאמוֹר dicendo,
& בֵּאלֹהִים cum DEO.
Item, -:- *ad* -*in* לַאדֹנָי Domino.

Quod etiam uſu venit in Nomine Tetra- 4.
grammato, quia ab antiquo per אֲדֹנָי *lectum*
fuit, ut:
לַיהוָה בַּיהוָה

CXXIIX. Hatephata verò ante Scheva producitur abjecto Hateph.

Hoc

1. *Hoc est, tres Composita* -: ⁖: -: *amittunt sua duo Puncta, si alia sequantur, ut:*

חֲכָמִים Sapientes, חַכְמֵי in regimine
Sic יֶאֱסֹף congregabit, יַאַסְפוּ *Plural.*
Item חֳלִי morbus, חָלְיוֹ

2. *Aliàs sæpè Euphoniæ gratiâ, brevi abjectâ, remanet solum Hateph, ut:*

יַעֲלֹז & יַעֲלֹז exsultabit,
יֶאְשְׁמוּ יֶחְפְּרוּ יֶחְפָּרוּ

Psalm. 34. v. 6. & 22.

CXXIX. Exclusum Dagesch producit breves - · ·. in analogas longas - · · ו

1. *Accidit propter literas gutturales & caninam, hoc est, quinque* א׳ה׳ח׳ע׳ר, *quæ à puncto Dagesch abhorrent, & pro illo præcedentem Vocalem producunt, ut:*

אֲפָאֵר ornabo, יֵעָשֶׂה fiet,
מֹרַק extersus est.

2. *Sæpè tamen cum aspirationibus hæc compensatio negligitur, ut:*

אֲרַחֵם miserebor,
תְּנַהֵג duces.

Accen-

CXXX. Accentus distinctivi producunt Patha & Sægol in Kamez, *ut:*

אֱלֹהָי Deus meus, גָּבֶר Vir.

1. *Et in specie Nomen* אֶרֶץ Terra, *cum præfixis semper Kametz habet, etiam extra pausam. Vav quoque, vicino Accentu per-præfigitur, nisi sensus sit incompletus, ut:*

וְכֶשֶׂב וָעֵז & agnus & capra.

2. *Multa verò Sægol immutabile retinent, ut:*

צֶדֶק מֶלֶךְ &c.

quæ Michlol recenset, pag. 205. a.

CXXXI. Retracti verò Accentus Scheva Verbi in Kametz, & Suffixi in Sægol producunt, *ut:*

יָצָאוּ exiverunt,
עַבְדֶּךָ Servus tuus.

1. *Huc referuntur formæ,*

אָנִי ego, *&* פֶּרִי fructus.

2. *Excipiuntur autem, quæ propter originem Zeri vel Holem postulant, ut:*

הִשָּׁמְרוּ

הִשָּׁמְרוּ cavete, יִפּוֹלוּ cadent,
חֹלִי morbus.

3. *Item serviles voculæ* לְךָ בְּךָ*, quæ Vocales in pausis transponunt.*

CXXXII. Terminale Patha cum Suffixis producitur in Kametz.

1. *Verbum autem debet esse Finitum, (nam Infinitivorum Patha corripitur, & Suffixa Levia, ut:*

שְׁמַע audi, שְׁמָעֵנִי

CXXXIII. Dissyllaba Milhel quiescentia contrahuntur in unam longam.

1. *Kamez & Segol, præsente Vav, in Holem, ut:*

מוֹת יְשָׁרִים Mors rectorum,
Ex מָוֶת

2. *Patha & Hireck parvum præsente Jod in Zeri, ut:*

חֵילִי robur meum, *ex* חַיִל

Fit hoc utrumque in incremento vocis & regimine.

3. FER-

III. PERMUTATIO.

Præcipuè ob Gutturales.

CXXXIV. Scheva mobile sub Gutturali mutatur in Hateph-Patha, *ut:*

חֲסִידִים Pii, רֵעֲךָ Socius tuus.
שָׁחֲטוּ mactarunt.

Excipe, interdum ex origine Zeri convertitur in Hateph-Segol, ut: 1.

שְׁאֶלָתִי petitio mea.

Raro est Hateph-Patha sub non gutturali, ut, 2.

רִבֲבוֹת Myriades.

CXXXV. Scheva mutum, sub ultimis ע/ח/ה intellectum, mutatur in Patha Genusa.

Necesse autem est, ut una ex quatuor Longis ·· / ׳. / וֹ / וּ *pracedat, ut:* 1.

שְׂמֵחַ lætare, יַצְמִיחַ germinabit,
כֹּחַ virtus, נָטוּעַ plantatus.

Idem

2. *Idem fit, quando caderet Scheva mutum ſub easdem penultimas, ut:*

לָקַחַתְּ accepiſti, *Fæmin.*

3. *Evaneſcit verò iterum hoc Patha furtivum in incremento vocis, ut:*

אֱלוֹהַּ DEUS,

אֱלֹהִים *Plural.*

CXXXVI. Patha ante ה׳ח׳ע Gutturales kametzatas mutatur in Sægol vicarium, *ut:*

אַחִים Fratres, אֶחָיו Fratres ejus,
בֶּעָנָן in Nube, כֶּחָצִיר ſicut Gramen.

CXXXVII. Viciſſim Sægol ante ultimas, item ſub & ante penultimas ה׳ח׳ע, mutatur in PATHA VICARIUM, *ut:*

פֶּתַח oſtium, אֹרַח Semita,
שַׁעַר Porta.

1. *Excipe,* לֶחֶם Panis.

Et

Et hoc Patha deinceps ubique prorsus, ut ipsum Sægol, mutatur: quia omnis vicariæ Vocalis eadem est ratio, quæ suæ principalis. 2.

CXXXIIX. Zeri & Holem Verborum, propter ultimas Gutturales, mutantur in Patha, *ut*:

נֹטַע Plantans,
יִשְׁלַח mittet.

Item, propter Resch, quod sæpè Gutturalibus æquiparatur, ut: 1.

שִׁבַּר confregit.

Præcipuè verò propter significationem intransitivam, ut: 2.

יִשְׁכַּב jacebit.

CXXXIX. Denique simplicis Euphoniæ gratiâ permutantur aliquando Zeri cum Hireck: Schureck cum Kybbutz: & hoc cum Kamez-Hatuph.

In

1. *In Hiphil indifferenter dicimus* הַפְקִיד *&* הַפְקֵד, *Sed illud per Hirek frequentiùs cum Præfixis & Suffixis, hoc per Zeri crebriùs cum Vau conversivo.*
2. *Schureck, potissimùm ante aliud Schureck, in Kybbutz transit, ut:*

   יָקֻמוּ ſurgent.

3. *Et Kametz-Hatuph Conjugationis Hophal similiter sæpè in Kybbuz migrat, ut:*

   הָשְׁלַךְ & הֻשְׁלַךְ projectus eſt.

CXL. Tandem differentiæ causâ recedunt quædam à regulis.

שָׁלִישׁ Tribunus, שָׁלִישִׁים *Pluraliter retinet suum Kametz contra Regulam CXVI. ne confundatur cum*

שְׁלִישִׁים tertii.

Sic & alibi passim supersunt Irregularia quædam, quæ rectiùs Usu quàm Præceptis discuntur: & quia Particularium non eſt Regula, vel Scientia, potiùs in sedes suas ad Lexicon, quàm huc, sunt referenda.

CAPUT XI.

DE DAGESCH ET PUNCTO MAPPIK.

CXLI. Dageſch LENE imprimitur Literis בְּ׳גַ׳דְ׳כְּ׳פַּ׳ת ab initio ſententiæ: Item poſt Scheva mutum, vel ejusdem, vel diverſæ dictionis, *ut:*

בְּרֵאשִׁית in principio, *Gen. 1. v. 1.*
מִשְׁפָּט Judicium,
דֶּרֶךְ גַּנָּה Via horti.

1. *Intelligitur autem Scheva mutum ſub omni finali literâ mobili, ut:*

עַל־כֵּן propterea.

2. *Omittitur ergò Dageſch poſt quieſcentes, ut:*

לֹא כֵן non ſic.

Niſi Accentu diſtinctivo ſint oneratæ, ut:

וְהָיָה כְּעֵץ eritque ſicut arbor, *Pſalm. 1. v. 3.*

3. *Vel He Puncto Mappik notatum, ut:*

תָּשִׂים בְּצִדָּהּ in ejus latere pones.

Et

4. *Et Nomen DEI, per* ADONAI *lectum, semper imprimit Dagesch.*

יְהוָה בָּרָא DOMINUS creavit.

5. *Præterea ipsi Scheva æquiparatur ejus vicarium Patha-Genusa, ut:*

רָקִיעַ בְּתוֹךְ Firmamentum in medio.

6. *Sola vox* שְׁתַּיִם Duæ, *videtur Dagesch post mobile Scheva suscepisse, tum tamen reverà mutum sit.*

CXLII. Nisi Scheva illud fuerit primitivum, vel è longâ correptum, *ut:*

לִדְבַשׁ Melli, כִּדְבַר juxta Verbum,
בִּלְבַב in Corde, עִבְדוּ servite,
Ex עֲבוֹד לֵבָב דָּבָר

1 *Sic quoque* שִׁכְבוּ cubate, *quamvis sit ex* שְׁכַב, *quia Patha pro Holem positum erat.*

2. *Huc refertur Scheva post Hateph, seu Vocalem parvam, Hateph, ob subsequens Scheva, destitutam, ut:*

נֶאֶרְבָה insidiemur, *Prov. I. v. 11.*
Pro נֶאֱרְבָה *vel* נֶאֶרְבָה
תַּהַרְגוּ occidetis, *Ezech. IX. v. 6.*
Pro תַּהֲרְגוּ *vel* תַּהַרְגוּ

נֶהֶפְכוּ verſi ſunt, *I. Sam. IV. v. 19. Eſa. XXXIV. v. 9. Jer. XXX. v. 6.*

וַיַּאַסְפוּ & congregaverunt, *II. Paralip. XXIV. v. 11.*

Item Kaph Suffixorum כֶם כֶן ךָ 3.

אוֹצַרְכֶם Theſaurus veſter.

Olim aſpiratis ejusmodi Literis imponebatur Lineola RAPHE; at, quoniam ex abſente Dageſch agnoſcuntur, hodie meritò exolevit.

CXLIII. Dageſch FORTE inſcribitur omnibus Literis, præterquam Gutturalibus & Reſch, quando præcedit eas brevis Vocalis tono caſſa, ut:

צַדִּיק Juſtus, זִמֵּר cecinit.

Intelligitur hinc, cur medianis *tantùm inſcribatur? quia nempe Initiales nihil præcedit, finales verò Tono afficiuntur.* 1.

Excipe 1. *imprimitur etiam Initialibus, poſt He cum Patha, Sagol, vel Kametz notatum, perque Macceph præmiſſum, ut:* 2.

מַה־יַּעֲשֶׂה־לָּנוּ quid faciet nobis?

2. Repe-

3. 2. *Reperitur etiam Inhabilibus irregulariter alicubi inscriptum, ut Proverbior. XIV. v. 10.*

מָרַּת amaritudinem.

CXLIV. Sed Literæ Schevatæ Dagesch non recipiunt, nisi fuerit originale, vel characteristicum.

Præsertim verò Schevatum Jod Futuri, & Mem Participiale: Item Literæ duplicatæ id simpliciter respuunt post He præfixum, & Vau conversivum; ut:

וַיְהִי & fuit

הַמְכַסָּה tegens.

2. *Ubi autem ante Correptionem aderat, ibi manet, ut:*

עִצָּבוֹן dolor, ex עִצְּבוֹן

CXLV. Deficientis Literæ absentia, post longas quoque, sed accentuatas, per Dagesch notatur.

Ideò defectiva, si possunt, longas suas in Incremento corripiunt, ut: 1.

אֵם Mater, אִמִּי

Sin minus, Dagesch etiam longis postponunt, ut: 2.

סֹבּוּ circundate,

Quod & locum habet post longas pro brevibus positas, ut: 3.

אַתָּה Tu.

Item post breve Sægol Suffixorum: 4.

ֶנּוּ & ֶנָּה

CXLVI. MAPPIK inscribitur soli ה finali mobili.

Nec est Dagesch propriè, sed tamen huc referendum.

Olim subscribebatur sic הּ*, nunc inscribitur: & monet, He suum esse immutabile.* 1.

Usurpatur in Suffixo Fœminino ָהּ *atque paucis verbis Lamed-He perfectis, horumque derivatis.* 2.

Et expirat rursus in vocis incremento, quando finale esse desiit, ut: 3.

CA-

CAPUT XII.

DE ACCENTIBUS.

CXLVII. Singulæ Voces ſingulos habent Accentus.

1. *Excipe, ante Maccephest nullus;*
2. *Contra ſæpè bini adſunt in libris metricis, quando miniſtri, loco Metheg ſuccedunt.*
3. *Item Paſta in vocibus Milhel geminatur, ut:*

ממ֨לכ֨ה

4. *Denique in Decalogo ſunt duplices.*

CXLVIII. Iique occupant ſyllabas tono affectas.

Hoc eſt, in voce Milhel penultimam, ultimam in Milrà.

1. *Excipe* 1. Præpoſitivi *Accentus ſunt, Teliſcha magnum ſemper; Tiphcha & Mahpach interdum in metro. Tunc illud Mezjela, hoc Jetif dicitur.*
2. 2. Poſtpoſitivi *Teliſcha parvum, Sarka, Segolta, & Paſta: quod propterea in penacutis geminatur.*

CXLIX. Sed retrahuntur ob Vav converſivum Futuri.

Nempe ex ultima (propter hoc ipſum corripiendâ) in penultimam, ut: 1.

וַיֹּסֶף & addidit,

Quod idem accidit vocibus in ה ֶ י ּ ו ה ָ *finitis, quando in pauſas cadunt, ut:* 2.

נָפָלוּ ceciderunt,
יֹאבֵדוּ peribunt,
דַּרְכֶּךָ Via tua.

In quibus ideò penultima producitur.

Econtra, propter Vav converſivum Præteriti trajicitur Accentus ex penultima in ultimam, ut: 3.

וְאָמַרְתִּי & dicam.

CL. Muſici Accentus habent certam inter ſe conſecutionem.

Quæ non arbitraria eſt, ſed certis legibus aſtricta, prout dicetur.

Alia tamen eſt ratio metri, ubi ob brevitatem verſuum multi Accentus vel coacervantur, vel prorſus excluduntur.

CLI. Sex REGES occupant ſta-

ſtationes præcipuas, & diſtinguunt maximè:

Ideò producunt Vocales, ut pridem dixi. Sunt autem in ſpecie hi ſex:

1. *1. SILLUK, Regum maximus, qui Periodos diſtinguit, & in fine omnium verſuum reperitur, licet Oratio interdum ſit incompleta.*

2. *Habet ante ſe proximè miniſtrum* Mercha, *& gaudet vicino Principe* Tiphcha, *(niſi ab anguſtia loci excludantur,) unde talis conſecutio ſpectatur:*

ג֖ בְ֥ אֽ

3. *2. ATNACH, locatur in medietate plerorumque verſuum, (ratione ſenſûs, non ſyllabarum æſtimatâ,) & diſtinguit in Colon.*

4. *Ei miniſtrat ſervus* Munach, *nec procul abeſt Princeps* Tiphcha: *unde iſta ſeries*

ג֖ בְ֣ אֽ֑

5. *Aliquando diſtinguendi vim amittit, ut Pſal. XXXVII. v. 23. aut prorſus abeſt.*

6. *3. REFIA & ſequentes, occupant ſtationes intermedias, & diſtinguunt in Commata.*

7. *Illi ſervit proximè* Munach, *conſequenter* Darga, *hoc ordine*

ג֗ בְ֣ אֽ

In metro plerunque Gereſch, *& ſæpiſſimè in eadem dictione, ſic* א֜

4. SA-

4. *SAKEPH-KATON, vel* minor, *anteambulones habet servum* Munach, (*rarò* Kadma,) *& Principem* Pasta, (*rarius putativum Regem* Jetif,) *hâc serie* 8.

אָ בָ גָ

5. *SAKEPH-GADOL,* maior *quidem nomine, sed reipsâ pauperrimus Regum, famulitio caret, imò ipsemet servit, neque tunc distinguit. Sic pingitur* 9.

אָ

6. *SÆGOLTA, quem antecedit officiosissimus* Munach, *& veneratur Princeps* Sarka, *taliter* 10

אָ בָ גָ

CLII. Decem PRINCIPES tenent loca secundaria, & distinguunt minutiùs.

Voco Principes, quos Judæi Reges minores *appellant, ut unâ voce nominem compendiosiùs.* 1.

Hi locantur inter Reges stationibus cæteris, & distinguunt curiosiùs, quàm in ullâ Linguâ fieri solet: sæpè tamen prorsus nihil. 2.

Nunc enumerabo singulos, unà cum suis famulitiis. 1. *PASTA habet communem Figuram cum servo* Kadma, *sed differt ab eo situ.* 3.

situ. Is enim (quod & Etymon prodit,) semper Initialis *est, hoc verò semper* finale. *quâ etiam de causâ in penacutis geminatur. Sic autem cum ministris incedit;*

ו ה ד ג ב ב א

4. 2. *SARKA cum famulis suis sic ingreditur.*

ה ד ג ב א

In metro tamen ipsemet aliquando servit suis conservis, Merchæ *&* Mahpacho.

3. *TEFIR duos proximiores ministros habet ambiguos, ulteriores certos, sic*

ה ד ג ג ב ב א

6. 4. *GERESCH,* Spitzgert/ *hosce amat*

ד ג ב א

7. 5. *TELISCHA* magnum *admittit solum* Munach: *ubi spacium id patitur, aliquoties repetitum,* ד ג ב א

8. 6. *KARNE-PARAH,* Küehorn/ *hos comites habet* ד ג ב א

9 7. *PAZER, hunc solum* ב א *sæpè tamen recurrentem.*

10. 8. *TIPHCHA, omnium frequentissimus Princeps, ante singula ferè* Athnach *&* Silluk *locatus, utitur uno servo* Mercha, ב א

In metro sæpè initialis est, tunc ei servit Munach, ב א

9. GE-

9. *GERASCHAIM aliquando nullum, præsente monosyllabicâ voce unum habet* 11.

אֵ֞ בּ

10. *SCHALSCHAELET, h. e.* Catena 12.
Principum pauperrimus ministro caret, quia semper Initialis *in versu; Unde & in publicum rarò prodit.*

CLIII. Octo MINISTRI explent reliquam Orationem: nec quicquam distinguunt.

1. *Primus est MUNACH, omnium officiosissimus, qui plurimis servit dominis, & in longiori sententiâ sæpè septies usque repetitur.* 1.
Sic pingitur אֽ *in metro etiam supernè, sic* 2.

אֽ

Aliquando mutat nomen cum sono, in voce Milrà, dictus Hillui*: in Milhel verò* Mekarbel. 3.

2. *MAHPACH* אֽ *servit soli* Pasta*: sed in metro etiam aliis, & aliquando supernè locatur sic* אֽ

3. *MERCHA* simplex *inservit Regibus* Tiphcha *&* Silluk, *ad quos etiam inclinatur, sic* אֽ

4. Cùm

6. 4. *Cùm duplicatur, quod rariuſculè ſit, dicitur* Mercha *KEPHULA*

אָ֮

7. 5. *DARGA* אָ֧ *plerumque* Teſirum *antecedit: rariùs & mediatè* Reſiam.

8. 6. *KADMA* אָ֨ *ponitur tantùm Initio vocum, & ſervit quatuor prioribus Principibus.*

9. 7. *Cui TELISCHA* parvum אָ֩ *plerumque præit.*

10. 8. *JAREACH-BENIOMO, ſeu Lunula falcata* אָ֪, *pigerrimus ſervorum ſoli* Karne Parah *miniſtrat, & hoc quoque rarenter facit.*

11. *De his octo Miniſtris obſerva, quòd excludantur ubi ſpacium deeſt, nec remotiores tantùm illorum heroum, qui famulitio abundant, ſed proximus quisque ac familiariſſimus, ubi locus eſt anguſtus.*


12. *Quidam tamen in voces Poly-Syllabicas vi ſe intrudunt, &* Methegi *locum occupant: faciunt hoc* Munach, Kadma, Mercha: *ante* Reſia, Sakephkaton, Gereſch, Tiphcha: *unde bini Accentus uni Voci adnaſcuntur: præſertim in metro, ubi rarior eſt* Methegi *uſus.*

13. *Imitantur id quoque excludendi Principes,* Tiphcha *&* Sarka, *ſed tunc ſervilem induunt naturam.*


CLIV.

CLIV. Singuli peculiares habent Melodias.

Quas pagellarum angustia non capit, dudum autem in Tabulis meis exposui, unde plenius cognoscat, qui volet. Interim accipite has frequentiores, quæ continuò usu semper recurrunt.



מוּנָח רְבִיעַ



אַתְנָח זַרְקָא



זָקֵף קָטוֹן מֵרְכָא טִפְחָא סִלּוּק׃

Ad Accentus referuntur

SIGNA

SIGNA EUPHONICA.

CLV. Vinculum MACCEPH adhibetur ante, vel poſt dictiones parvulas.

וְאַף־גַּם־הוּא quin etiam ipſe.

1. *Item, quoties tonorum Colliſio metuitur, ut:*

יְפֵה־תֹ֫אַר pulcher forma.

2. *Pronunciantur enim tunc plures ſic connexæ voces ſono continuato, inſtar unius.*

Nunquam duo Verba copulat, ſed cætera quæque.

Privat præcedentem Accentu ſuo Muſico, (niſi fortè quiſpiam Methego *ſucceſſerit,) & corripit ultimas longas in Analogas breves, ut:*

כָּל־הָעָם omnis populus,

דַּבֶּר־נָא loquere quæſo!

CLVI. Retinaculum METHEG adjungitur tardis prioribus ante contiguas celeriores.

1. *Eſt retardatæ pronunciationis nota, quod officium præcedenti contrarium.*

Sub-

Subscribitur prioribus Literis vocis Polysyllabicæ 2.

1. *Post præfixa* ה מ ה *&* ו *convers. F. ut:*

הֽהֹלֵךְ ambulans

מֵֽאָבִינוּ à Patre nostro,

וָֽאִוָּתֵר & superfui.

2. *Post longas, ante Scheva mobile, ut:* 3.

יָֽדְעוּ noverunt. *Quâ ratione* - · *&* ·

defectivè scripta dignoscuntur, ut:

יִֽרְאוּ *lege* Jireu, *timebunt, non* Jiru, *videbunt.*

3. *Post Breves, ante similem Hatephatam,* 4.
ut: נֶֽאֱמָן fidelis.

Imò interdum, etsi mutilata fuerit, ut:

יֶֽהְגֶּה meditabitur.

4. *Sæpè irregulariter. Tunc situ differt à* 5.
Silluk; *quod semper finale est in versu.*

Quando initiali Scheva præponitur, vocant id à mugitu G A I A, ut: 6.

דְּֽעוּ scitote;

Cum verò duabus vocibus interponitur, appellant PESIKA, hoc est, Pausam, ut:

אֲשֶׁר ׀ לֹא qui non:

Nisi stipetur utrinque servo Munach; *tunc enim LEGARME dicitur.*

CLVII. SOPH-PASUK claudit omnes versûs.

Nota-

Notaturque duobus Punctis crassioribus, sic: quibus & Ego pridem Horas XII. occlusi; nunc verò sequens Auctarium adjungo.

APPENDICULÆ Quædam non pœnitendæ.

DE SYNTAXI.

CLIIX. Constructio Hebræa in plerisque congruit cum Latina vel Græca.

Ideò hæc omnia, tanquam nota, præsupponens, non prolixiùs ero, sed obiter tantùm, ubi nonnihil deflectant, indicabo.

I. SIMPLEX.

CLIX. Substantivum cum Substantivo parit Regimen.

1. *De cujus Mutatione supra Regul. XLV. Quamvis autem proprium sit Substantivorum, tamen interdum Activis competit, ut:*

קְצַר אַפַּיִם brevis facierum, *h.e.* irascibilis.

Quod frequens est in Participiis nominaliter acceptis, ut:

עוֹשֵׂה רָע faciens, *h. e.* factor mali.

2. *Aliquando plura concatenantur, ut:*

מַעֲשֵׂה עֲבוֹדַת בֵּית יְהוָה׃

Opus Ministerii Domûs DOMINI.

3. *Reperitur etiam Regimen pro absoluto, ut:*

מֵי הַמָּרִים׃ Aquæ amaræ.

CLX. Substantivum, cum Adjectivo junctum, semper præcedit.

1. *Prorsus contra seriem Germanicam, ut:*

בֵּן חָכָם Filius sapiens, ein weiser Sohn.

2. *Quando autem Adjectivum præcedit, subintelligitur Verbum Substantivum EST vel SUNT, ut:*

יָשָׁר דְּבַר יְהוָה rectum est Verbum DOMINI.

Quia Hebræi prædicato plerumque postponunt Subjectum, quod in Proverbiis & breviter dictis probè notandum.

CLXI. Verbum Nomini convenit etiam genere.

Non

1. *Non numero tantùm & Personâ, ut in cæteris Linguis; quia Hebræi sexum in Verbis quoque discernunt. Supra Regul. XLVII.*

אָמְרָה אִשָּׁה dixit Mulier.

2. *Itaque si discrepant, aliud commodè subintelligendum est, ut:*

אָמַר קֹהֶלֶת dixit Congregatrix, *scil.* נֶפֶשׁ או חָכְמָה Anima *vel* Sapientia.

CLXII. Verba Intransitiva eleganter regunt nomen Homogeneum.

Hoc est, ejusdem Originis, & ab eâdem Radice derivatum, quod emphasin auget, ut:

שָׂמַח שִׂמְחָה lætatus est lætitia.

CLXIII. Affectuum Verba certas trahunt Præpositiones.

Quas Constructiones usu discernere, & ad Lexicon notare oportet, ut:

דָּבְקָה נַפְשִׁי אַחֲרֶיךָ Adhæsit Anima mea post te, *hoc est*, tibi.

גַּנּוֹתִי עַל הָעִיר protexi super urbem.

In Latino Vox ſuper *ingratè redundat, quæ tamen elegans eſt in Hebræo.*

CLXIV. Infinitivi Emphaticè cum proprio ſuo Finito conſtruuntur.

1. *Præterito & Futuro ſæpiùs præponuntur, illiusque ſignificationem augent, ut:*

מוֹת תָּמוּת moriendo morieris,
hoc eſt, certiſſimè.

2. *Imperativis ferè poſtponuntur; tunc Continuationem notant, ut:*

גִּילוּ גִיל exultate exultando;
id eſt, aſſiduè.

II. FIGURATA.

CLXV. Numeri Singulares junguntur Pluralibus: & contra.

Numeros hîc accipio non Grammaticè, ſed Arithmeticè, ut:

חָמֵשׁ שָׁנִים quinque Anni,
חֲמִשִּׁים שָׁנָה Quinquaginta Annus,
hoc eſt, Anni.

Mul-

CLXVI. Multis Singularibus reſpondet unum Plurale, *ut:*

1. אַבְרָהָם וְשָׂרָה זְקֵנִים

Abraham & Sara ſenes.

2. *Interdum uni Singulari collectivo, ut:* מֵתוּ כָּל־הַצֹּאן mortui ſunt totus Grex.

CXLVII. Etiam honoris cauſâ uſurpatur Pluralis pro Singulari, *ut:*

1. אַבְרָהָם אֲדֹנָיו Abraham Domini ejus,

h. e. Dominus, Gen. 24. v. 9.

2. *Hûc refertur Vox* אֱלֹהִים, *quæ cum Singulari conſtruitur: quod Myſterio non prorſus caret.*

CLXVIII. In re certò eventura ſæpè ponitur Præteritum pro futuro.

1. *Frequens id in Prophetis, quoniam apud DEUM non eſt Tempus, ut:*

יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ Puer natus est nobis,
pro, nascetur.

Contra reperitur etiam Futurum pro Præterito, ut: 2.

גֶּפֶן מִמִּצְרַיִם תַּסִּיעַ
Vitem transferes ex Ægypto,
pro, transtulisti.

In rebus autem contingentibus indifferenter vel Præteritum vel Futurum ponitur pro Præsenti, quo Hebræi carent, ut: 3.

אָז יָשִׁיר יִשְׂרָאֵל tunc canebat Israel.

CLXIX. Infinitivus crebrò nominascit, *ut:*

דַּעַת לְנָבוֹן נָקָל Scire intelligenti facilè est, *hoc est*, Scientia. 1.

Interdum etiam pro Verbo Finito ponitur, præsertim in narrationibus & mandatis, ut: 2.

הַחַיּוֹת רָצוֹא Animalia currere,
hoc est, currebant.

זָכוֹר אֶת־הַשַּׁבָּת Meminisse Sabbathi,
hoc est, memento.

CLXX. Præfixa multoties redundant.

Hinc

1. *Hinc tot Polysyndeta & variæ particularum compositiones. Imò toti Libri à superfluo Vav incipiunt: ut Exod. Levitic. Jos. Judic. Samuel. Regum, &c. atque ab eodem omnes versus Libelli, Ruth, tantùm octo exceptis.*

2. *In specie suavis est Pleonasmus præfixi Lamed, post verba quædam intransitiva, ut:*

לֶךְ־לְךָ Ito tibi.

CLXXI. Contra deficiunt aliquando, *ut:*

1. וַיָּבוֹא יְרוּשָׁלַיִם

Et venit (*in* vel *ad*) Jerusalem.

2. *Huc etiam pertinent Asyndeta, ut:*

אָב אֵם Pater (&) Mater.

CLXXII. Adverbium negandi subauditur interdum.

1. *Ex Membro præcedenti repetendum, ut Psalm. IX. vers. 19.*

תִּקְוַת עֲנָוִים תֹּאבַד לָעַד

Spes pauperum (*non*) peribit in æternum.

2. *Contra post Adverbia negandi verbum pulchrè reticetur, ut:*

בִּקֶּשׁ לֵץ חָכְמָה וָאָיִן

Inquirit Derisor Sapientiam, & non; *scilicet invenit eam.*

CLXXIII. Ellipsis Verbi Substantivi Præsentis est perpetua, *ut:*

1. אֹהֲבֵי עָשִׁיר רַבִּים

Amici Divitis (*sunt*) multi.

2. *Hunc Defectum plerunque compensant Pronomina, ut:*

יְשׁוּעָתֵךְ אָנִי

Salus tua (*sum*) Ego.

DE RADICIS INVESTIGATIONE.

Non novis indiget præceptionibus; nam qui componere novit, scit etiam resolvere. Ut tamen manuducaris, ad sequentes attende Regulas:

I. *ABJICE* initio,

1. *Formativas Derivatorum,* הֶאֱמַנְתִּי
2. *Præfixa,* מֹשֶׁה וְכָלֵב
3. *Verborum Augmenta, Conjugat.* ה נ ה ת
4. *Futurorum,* א י ת נ
5. *Participiorum,* מ מ ו ת

in

In Medio, *expletivas Vocalium*, ו י

In Fine, *Nominum*, ת־ה .. י .ים ות

Verborum, תֶם תֶן נוּ - ה. י ו תָ תִי

Suffixa, כֶם כֶן ן נָה נִי נוּ ם ה הוּ

הֶם הֶן ו י ך

II. ADDE Initio *Imperfectorum Verborum*, א י נ

Medio *quiescentium*, ו י

geminatorum alteram similem

Fini *Anomalorum* ה נ ת

DE HARMONIA ORIGINUM.

Non dubium est, quin Linguæ omnes ex Hebræa sint ortæ: quod manifesta congruentia in multis prodit. In aliquibus tamen Origo est obscurior. Ut igitur memoriæ Subsidia pares, ad hæc attende.

1. Interdum manet Literarum Ordo:

Exempla Græca:

κλείω	כָּלָא	εἰδέω	יָדַע
χαράττω	חָרַת	πείθω	פָּתָה
ἡδονὴ	עֵדֶן	σκηνόω	שָׁכַן
σημεῖον	סִימָן	σκοπέω	שָׁקַף

Lati-

Latina.

calumnia	כְּלָם	aggero	אָגַר
nardus	נֵרְדְּ	ornus	אֹרֶן
crocum	כַּרְכֹּם	paro	בָּרָא
ruber	טַבּוּר	glomus	גֹּלֶם
pecora	בְּקָרִים	piger fuit	פִּגַּר
ſpero	שִׂבֵּר	neco	נָכָה
ſalvus	שָׁלֵו	nuto	נוּט
ſævit	זָעַף	motus	מוֹט
cieo	זוּעַ	cornu	קֶרֶן
ſerit.	זָרַע	ſumen	שֶׁמֶן

Germanica.

ſauffen	סָבָא	Amm	אֵם
Seiden	סָדִין	miſchen	מָסַךְ
Schultheiß	שָׁלַט	riechen	רֵיחַ
		Heil	חַיִל
zwicken	צוּק	verbergen	הָרַג
ſchöpffen	שָׁאַב	ſchelffen	שָׁלַף
knien	כָּנַע	hencken	חָנַק

Sola vox שַׂק Saccus *in omnibus Linguis manſit invariata: quod mirum eſt & memorabile.*

2. Aliquando transponitur:

Aut prorſus retrogradè, *ut:*

küſſen	נָשַׁק	πνέω	אָנַף
gehen	נָהַג	gula	לוֹעַ
Bürg	עָרַב	poſtis	פֹּת
שָׁלַף			

merſit	זָרַם	evulſit	שָׁלַף

Aut Arbitrariè, *ut:*

bajulus	סֵבֶל	ἐγγὺς	נָגַשׁ
Ordo	טוּר	ἐρωτάω	עָתַר
kurtz	קָצַר	Senex	זָקֵן
Zwibel	בָּצָל	ſparſit	פִּזַּר
Stab	שֵׁבֶט	ſcando	נָסַק
Herd	עֵדֶר	faſcino	שָׁכֵף
Kram	מְכָר	cribrum	מִכְבָּר
Schaf	כֶּשֶׂב & כֶּבֶשׂ		

3. Sæpè una tollitur, *ut:*

carus	יָקָר	Νοσέω	אָנַשׁ
hol	חָלָל	σοφὸς	אָשַׁף
lecken	לָקַק	χυλὸς	אָכַל
haſchen	אָחַז	ὄρος	הָרַר
fallen	נָפַל	λέσχη	לָשׁוֹן
dammen	אָטַם	μαθέω	לָמַד
reiſſen	הָרַס	τηρέω	נָטַר
boren	הָפַר	δίκαιος	צַדִּיק
gürten	חָגַר	vilis	הֶבֶל
hartzen.	אָהַר	cavo	נָקַב
		tulit	נָטַל

4. Aut aſſumitur nova.

Quæ vel præmittitur, *ut:*

album	לָבָן	ὁράω	רָאָה
Menſch.	אֱנוֹשׁ	amarus	מַר

Vel

Vel inseritur, *ut:*

Strom	זֶרֶם	ἄγχω	אָנַח
tünchen	טוּחַ	spolio	שָׁלַל
streuen	זָרָה	spargo	זָרַק

5. *Vel* postponitur, *ut:*

Æstus	אֵשׁ	ἰσχὺς	אִישׁ
particula	פֶּרֶט	τύπτω	תָּפַף
Kist	כִּיס	κράζω	קָרָא
		Simulachrum	סֶמֶל

5. *Vel* mutatur in cognatam.

Quæ aut est ejusdem Organi, *ut:*

metior	מָדַד	πάλαι	בָּלָה
Fucus	פּוּךְ	καλέω	קוֹל
Copula	כֶּבֶל	καίω	כָּוָה
Glatz	גָּלַשׁ	ῥέω	רָוָה
Gatter	גָּדֵר	τρέχω	דָּרַךְ
Sieben	שֶׁבַע	βασιλεύω	מָשַׁל
Schiffern	שִׁבֵּר	ἀγαπάω	עָגַב
hudlen	הֵתֵל	σύριγξ	שְׁרֵקָה
Dück	תֹּךְ	Αὐλὴ Aula	אֹהֶל
über	עֵבֶר		
schöpffen	שָׁעַב שָׁאַף	Ferus Camelus	פֶּרֶא גָּמָל
Pfütz	בֹּץ	purus	בַּר

Aut cognati soni, *ut:*

κάρφω	חָרַב	κολακεύω	חָלַק
גָּרַשׁ			

leihen	לָוָה	grassari	גָּרַשׁ
quetschen	כָּתַשׁ	gaudeo	חָדָה
gunnen	חָנַן	quia	כִּי
mischen	מָזַג	Pellex	פִּלֶגֶשׁ
verlachen	לָעַג	ejulare } heulen }	הֵילִיל
Haack	חוֹחַ		
Löw	לָבִיא	bulen	בָּעַל
Feuer	בָּעַר	schauen	שָׁעָה
Achsel	אַצִּיל	rauschen	רָעַשׁ

6. Quandoque mixtim plura ejusmodi simul contingunt.

Tunc Originis Ratio est obscurior; Ideò nolim omnia pro certis venditare, ut:

Luna	לְבָנָה	ἀγαλλιάομαι	גִּיל
fido	בָּטַח	κλῆρος	גּוֹרָל
Castus	קָדוֹשׁ	ἀσελγής	שָׁגַל
Welt	חֶלֶד & תֵּבֵל	σκολιὸς	כְּסִיל
Grab	קֶבֶר	Venter	בֶּטֶן
Carmasin	כַּרְפַּס	Vagio	בָּכָה

7. Licet etiam verisimiliter talia fingere.

Modò memoriæ sic consulatur, cui tota hæc Tractatio inservit: quia in hoc sterili Vocabulorum Studio, præsertim apud adultiores, hebetior est, nisi ejusmodi conceptu imaginationibus acuatur. Praibo Discipulis hîc viam, sed pacto non ridendi, si quid absurdiusculè com-

commentus fuero. Quid enim nunc interest, an verum sit, modò utile?

בָּנָה *ποιέω*, ædificans כְּלִי χέλυς, vas Musicum,

מָטָר Pluvia, *maturans fruges*,

סָפַר Sphæra, *numeranda*,

אוֹצָר Acervus thesaurarius,

בֵּרַךְ precor benedictionem,

דֶּשֶׁן densa pinguedo, זְאֵב sævus Lupus,

חֶרֶט Stylus, *quo in Charta scribitur*,

פֶּלֶג Rivus, *in Pelagum fluens*,

לִין pernoctare *apud Lenonem*,

כֶּלַח gelu senectutis גִּלַּח rasit ad calvitiem.

יָגַע fatigari labore, jagen/

הֵעִיד testari, mit dem Eid/

לֵב & לֵבָב Cor, das lebt/

אֵשׁ Ignis, *relinquens* äschen/

בּוּס conculcare mit dem Fuß/

חוֹפֶשׁ Hübsche/ Libertas,

אָפָה coxit im Ofen/

אֶרֶץ Terra, darinnen viel Ertz/

בָּמָה excelsum, wie ein Baum/

כַּלָּפוֹת mallei, damit man klopfft/

פַּרְעשׁ Pulex, hüpffet wie ein Frosch/

שֵׁד Dæmon, thut Schaden.

Ignoscant tetrici Catones, quod commodò Tyronum sic ineptio.

Sequi-

Sequitur nunc

LEXICI COMPENDIUM.

א

Pater אָב
periit אָבַד
Egenus אֶבְיוֹן
luxit אָבַל
Lapis 5. אֶבֶן
præsepe אֵבוּס
rubuit אָדַם
Homo אָדָם
humus אֲדָמָה
Dominus 10. אָדוֹן
magnificus אַדִּיר
amavit אָהַב
tentorium אֹהֶל
desideravit אִוָּה
stultus 15. אֱוִיל
nequitia אָוֶן
Lux אוֹר
signum אוֹת
auris אֹזֶן
Frater 20. אָח
unus אֶחָד
apprehendit אָחַז
alius אַחֵר

Soror אָחוֹת
inimicus 25. אוֹיֵב
Aries אַיִל
Vir, aliquis אִישׁ
Deus, fortis אֵל
edit אָכַל
cibavit 30. הֶאֱכִיל
DEUS אֱלוֹהַּ
mutus אִלֵּם
vidua אַלְמָנָה
didicit אָלַף
mille 35. אֶלֶף
Mater אֵם
nutrivit אָמַן
credidit הֶאֱמִין
dixit אָמַר
sermo 40. אִמְרָה
Veritas אֱמֶת
Ira, facies אַף
ægrotavit אָנַשׁ
Homo אֱנוֹשׁ
homines 45. אֲנָשִׁים

אָסַף

אָסַף	*collegit*
אָסַר	*ligavit*
אֵפֶר	*Cinis*
אוֹצָר	*thesaurus*
אֶרֶב	*insidiæ* 50.
אֲרִי	*Leo*
אֶרֶז	*Cedrus*
אֹרַח	Semita
אֹרֶךְ	*longitudo*
אֶרֶץ	Terra 55.
אָרַר	*maledixit*
אֵשׁ	Ignis
אִשָּׁה	Fœmina
אָשָׁם	*reatus*
אַשְׁרֵי	*beatitudines* 60
אֵשֶׁת	Uxor.
ב	
בְּאֵר	*Puteus*
בָּאַשׁ	*fœtuit*
בֶּגֶד	vestis
הִבְדִּיל	*separavit* 65.
בָּהַל	*turbavit*
בְּהֵמָה	Jumentum
בּוֹא	venire
בּוּז	*contemptus*
בִּין	*intelligere* 70.
בִּינָה	*Prudentia*
בּוֹשׁ	erubescere
בָּזָה	*sprevit*
בָּזַז	*diripuit*
בָּחַן	*probavit* 75.
בָּחַר	elegit
בָּחוּר	*Juvenis*
בָּטַח	confidit
בָּטַל	*cessavit*
בֶּטֶן	Venter 80.
בַּיִת	Domus
בָּכָה	*flevit*
בְּכוֹר	*Primogenitus*
בָּלָה	*inveteravit*
בָּלַל	*confudit* 85.
בָּלַע	*absorpsit*
בָּנָה	*ædificavit*
בֵּן	Filius
בַּעַל	Dominus
בָּעַר	*exarsit* 90.
בֶּצַע	*Quæstus*
בָּצִיר	*Vindemia*
בָּקַע	*scidit*
בֹּקֶר	manè
בָּקָר	*armentum* 95.
בִּקֵּשׁ	*quæsivit*
בַּר	*Filius, purus*
בָּרָא	creavit

בַּרְזֶל

Ferrum בַּרְזֶל
fugit 100. בָּרַח
benedixit בָּרַךְ
Fulgur בָּרָק
Fœdus בְּרִית
elixavit בָּשַׁל
Aroma 105. בֶּשֶׂם
Caro בָּשָׂר
annunciavit בִּשֵּׂר
Filia בַּת
Virgo בְּתוּלָה

ג

Excelluit 110. גָּאָה
redemit גָּאַל
